

UGO BARTOCCI - OLIVIERO DILIBERTO
DANIELA DI OTTAVIO - GAIA DI TROLIO
DOMENICO DURSI - MARIA VIRGINIA SANNA

LE PAROLE DEL DIRITTO

L'età arcaica

a cura di

OLIVIERO DILIBERTO e MARIA VIRGINIA SANNA



CAGLIARI, 2016

LE PAROLE DEL DIRITTO
L'età arcaica

UGO BARTOCCI - OLIVIERO DILIBERTO
DANIELA DI OTTAVIO - GAIA DI TROLIO
DOMENICO DURSI - MARIA VIRGINIA SANNA

LE PAROLE DEL DIRITTO

L'età arcaica

a cura di

OLIVIERO DILIBERTO e MARIA VIRGINIA SANNA



CAGLIARI, 2016

Pubblicazione finanziata con i fondi P.R.I.N. 2010-2011
"L'autorità delle parole. Le forme del discorso precettivo romano
tra conservazione e mutamento"

Unità di Ricerca dell'Università di Roma La Sapienza

"Le leggi antiche: recitate, scritte, incise, affisse",

Ugo Bartocci (Terenzio) - Oliviero Diliberto (Accio; Afranio; Cecilio Stazio; Ennio; Livio
Andronico; Lucilio; Nevio; Titinio; Turpilio) - Daniela Di Ottavio (Plauto: Captivi,
Casina, Cistellaria, Curculio, Epidicus, Persa, Poenulus, Pseudolus) - Gaia Di Trolio
(Pacuvio; Plauto: Menaechmi, Mercator, Miles gloriosus, Mostellaria);
Domenico Dursi (Catone) - Maria Virginia Sanna (Plauto: Amphitruo, Asinaria,
Aulularia, Bacchides, Rudens, Stichus, Trinummus, Truculentus, Vidularia)



© Copyright 2016 by Edizioni AV

Pubblicato nel mese di giugno 2016 dalle
EDIZIONI AV di ANTONINO VALVERI
Via Pasubio, 22/A - 09122 Cagliari
Tel. (segr. e fax) 070 27 26 22

web: www.edizioniav.it

e-mail: edizioniav@edizioniav.it

ISBN 978-88-8374-124-1

INDICE

PREFAZIONE	Pag.	17
ACCIO	»	19
Incerta	»	21
AFRANIO	»	21
CATONE	»	22
De agri cultura	»	22
De re militari liber	»	31
Falsa	»	31
Incertorum librorum fragmenta	»	31
Epistulae ad Marcum filium	»	31
Orationes	»	32
Origines	»	38
Incertorum Originum librorum reliquiae	»	40
CECILIO STAZIO	»	40
ENNIO	»	41
Annales	»	41
Liber I	»	41
Liber III	»	42
Liber VI	»	42
Liber VII	»	42
Liber VIII	»	43
Liber IX	»	43
Liber X	»	43
Liber XV	»	44
Liber XVI	»	44
Incertorum fragmenta	»	44
Epigrammata	»	44

Saturae	Pag.	44
Liber VI	»	44
Scaenica	»	45
LIVIO ANDRONICO	»	48
LUCILIO	»	49
Liber I	»	49
Liber II	»	49
Liber VI	»	50
Liber VII	»	50
Liber IX	»	50
Liber XV	»	50
Liber XXVIII	»	51
Incertae sedis reliquiae	»	51
NEVIO	»	52
Comoediarum fragmenta	»	52
PACUVIO	»	52
Antiopa	»	52
Armorum iudicium	»	53
Atalanta	»	53
Chryses	»	54
Dulorestes	»	56
Hermiona	»	57
Iliona	»	57
Medus	»	58
Niptra	»	59
Paulus	»	60
Periboea	»	60
Teucer	»	61
Fragmenta incertae fabulae	»	62
Incerta vel pseudo-pacuviana	»	63
PLAUTO	»	63
Amphitruo	»	63
Argumentum I	»	63
Argumentum II	»	64

Le parole del diritto. L'età arcaica

Prologus	Pag. 64
ACTUS I	» 67
ACTUS II	» 72
ACTUS III	» 75
Fragmenta	» 77
ACTUS IV	» 78
ACTUS V	» 78
Asinaria	» 79
Argumentum	» 79
Prologus	» 79
ACTUS I	» 79
ACTUS II	» 82
ACTUS III	» 86
ACTUS IV	» 89
ACTUS V	» 90
Aulularia	» 91
Argumentum I	» 91
Prologus	» 91
ACTUS I	» 92
ACTUS II	» 92
ACTUS III	» 97
ACTUS IV	» 100
ACTUS V	» 104
Bacchides	» 104
ACTUS I	» 104
Fragmenta	» 104
ACTUS II	» 105
ACTUS III	» 107
ACTUS IV	» 110
ACTUS V	» 115
Captivi	» 117
Argumentum	» 117
Prologus	» 117
ACTUS I	» 119
ACTUS II	» 121
ACTUS III	» 127
ACTUS IV	» 132
ACTUS V	» 135
Casina	» 138

Argumentum.....	Pag. 138
Prologus.....	» 138
ACTUS I.....	» 139
ACTUS II.....	» 140
ACTUS III.....	» 146
ACTUS IV.....	» 150
ACTUS V.....	» 151
Cistellaria	» 153
Argumentum.....	» 153
ACTUS I.....	» 154
ACTUS II.....	» 157
ACTUS III.....	» 158
ACTUS IV.....	» 162
ACTUS V.....	» 163
Curculio	» 165
Argumentum.....	» 165
ACTUS I.....	» 165
ACTUS II.....	» 168
ACTUS III.....	» 170
ACTUS IV.....	» 171
ACTUS V.....	» 174
Epidicus	» 177
Argumentum.....	» 177
ACTUS I.....	» 178
ACTUS II.....	» 180
ACTUS III.....	» 183
ACTUS IV.....	» 187
ACTUS V.....	» 189
Menaechmi	» 191
Argumentum.....	» 191
Prologus.....	» 191
ACTUS I.....	» 193
ACTUS II.....	» 195
ACTUS III.....	» 198
ACTUS IV.....	» 201
ACTUS V.....	» 204
Mercator	» 213
Argumentum I.....	» 213
Argumentum II.....	» 213

ACTUS I	Pag. 213
ACTUS II	» 216
ACTUS III	» 221
ACTUS IV	» 224
ACTUS V	» 226
Miles gloriosus	» 230
Argumentum I	» 230
Argumentum II	» 230
ACTUS I	» 230
ACTUS II	» 232
ACTUS III	» 240
ACTUS IV	» 245
ACTUS V	» 251
Mostellaria	» 253
Argumentum	» 253
ACTUS I	» 253
ACTUS II	» 258
ACTUS III	» 261
ACTUS IV	» 265
ACTUS V	» 269
Persa	» 271
Argumentum	» 271
ACTUS I	» 272
ACTUS II	» 274
ACTUS III	» 277
ACTUS IV	» 279
ACTUS V	» 283
Poenulus	» 284
Argumentum	» 284
Prologus	» 285
ACTUS I	» 286
ACTUS II	» 290
ACTUS III	» 291
ACTUS IV	» 296
ACTUS V	» 298
Pseudolus	» 304
Argumentum I	» 304
Argumentum II	» 305
ACTUS I	» 305

ACTUS II	Pag. 313
ACTUS III	» 316
ACTUS IV	» 317
ACTUS V	» 322
Rudens	» 324
Argumentum	» 324
Prologus	» 324
ACTUS I	» 325
ACTUS II	» 327
ACTUS III	» 330
ACTUS IV	» 335
ACTUS V	» 341
Stichus	» 344
Argumentum	» 344
ACTUS I	» 344
ACTUS II	» 347
ACTUS III	» 350
ACTUS IV	» 352
ACTUS V	» 354
Trinummus	» 355
Argumentum	» 355
Prologus	» 355
ACTUS I	» 356
ACTUS II	» 359
ACTUS III	» 365
ACTUS IV	» 369
ACTUS V	» 374
Truculentus	» 375
Argumentum	» 375
Prologus	» 376
ACTUS I	» 376
ACTUS II	» 379
ACTUS III	» 385
ACTUS IV	» 386
ACTUS V	» 390
Vidularia	» 391
Vs. 17	» 391
Fragmenta I-IV	» 391
Vs. 18-55	» 391

Le parole del diritto. L'età arcaica

Fragmenta V-VI	Pag. 392
Vs. 56-91	» 392
Fragmenta VII-XX	» 393
TERENZIO	» 393
Adelphoe	» 393
Prologus	» 393
ACTUS I	» 393
I	» 393
II	» 394
Micio	» 395
ACTUS II	» 396
I	» 396
Sannio	» 397
II	» 397
III	» 398
IV	» 398
ACTUS III	» 399
I	» 399
II	» 399
III	» 401
Demea	» 401
IV	» 402
V	» 403
ACTUS IV	» 403
I	» 403
II	» 403
III	» 404
IV	» 405
V	» 405
VI	» 407
VII	» 407
ACTUS V	» 408
I	» 408
II	» 409
III	» 409
IV	» 410
V	» 410
VI	» 410

VII	Pag. 411
VIII	» 411
IX	» 412
Andria	» 413
Prologus	» 413
ACTUS I	» 414
I	» 414
II	» 416
III	» 417
IV	» 417
V	» 417
ACTUS II	» 419
I	» 419
II	» 420
III	» 421
IV	» 421
V	» 422
VI	» 422
ACTUS III	» 423
I	» 423
II	» 423
III	» 424
IV	» 425
V	» 426
ACTUS IV	» 426
I	» 426
II	» 427
III	» 428
IV	» 428
V	» 429
ACTUS V	» 430
I	» 430
II	» 431
III	» 431
IV	» 432
V	» 433
Exitus alter suppositicius	» 434
Eunuchus	» 434
Prologus	» 434

ACTUS I	Pag. 435
I	» 435
II	» 435
ACTUS II	» 437
I	» 437
II	» 437
III	» 438
ACTUS III	» 439
I	» 439
II	» 440
III	» 441
IV	» 441
V	» 441
ACTUS IV	» 442
I	» 442
II	» 442
III	» 442
IV	» 443
V	» 443
VI	» 444
VII	» 445
ACTUS V	» 446
I	» 446
II	» 446
III	» 447
IV	» 447
V	» 448
VI	» 448
VII	» 449
VIII	» 449
IX	» 449
Heauton Timorumenos	» 450
Prologus	» 450
ACTUS I	» 451
I	» 451
II	» 453
ACTUS II	» 454
I	» 454
II	» 454

III	Pag. 454
IV	» 456
ACTUS III	» 457
I	» 457
II	» 458
III	» 459
ACTUS IV	» 460
I	» 460
II	» 461
III	» 462
IV	» 462
V	» 463
VI	» 465
VII	» 465
VIII	» 465
ACTUS V	» 466
I	» 466
II	» 467
Clitipho Syrus	» 468
III	» 469
IV	» 469
V	» 470
Hecyra	» 470
Prologus I	» 470
Prologus II	» 471
ACTUS I	» 471
I	» 471
II	» 472
ACTUS II	» 474
I	» 474
II	» 475
III	» 476
ACTUS III	» 476
I	» 476
II	» 477
III	» 478
IV	» 479
V	» 479
ACTUS IV	» 481

Le parole del diritto. L'età arcaica

I	Pag. 481
II	» 482
III	» 483
IV	» 483
ACTUSV	» 485
I	» 485
II	» 486
III	» 487
Bacchis	» 487
IV	» 488
Phormio	» 489
ACTUSI	» 489
I	» 489
II	» 489
III	» 491
IV	» 491
ACTUSII	» 492
I	» 492
II	» 494
III	» 495
IV	» 497
ACTUSIII	» 498
I	» 498
II	» 498
III	» 499
ACTUSIV	» 500
I	» 500
II	» 501
III	» 501
IV	» 503
V	» 503
ACTUSV	» 504
I	» 504
II	» 505
III	» 505
Nausistrata Chremes Demipho	» 506
IV	» 506
V	» 507
VI	» 507

VII	Pag. 508
VIII	» 508
IX	» 510
TITINIO	» 512
TURPILIO	» 512

PREFAZIONE

All'interno del Programma di ricerca scientifica di rilevante interesse nazionale "L'autorità delle parole. Le forme del discorso precettivo romano tra conservazione e mutamento", l'Unità di ricerca dell'Università di Roma La Sapienza, composta da Oliviero Diliberto, Ugo Bartocci, Daniela Di Ottavio, Gaia Di Trolio, Domenico Dursi, Maria Virginia Sanna, nello svolgimento della ricerca dal titolo "Le leggi antiche: recitate, scritte, incise, affisse", ha realizzato un *database* delle parole delle più antiche leggi romane (*leges regiae* e XII Tavole) contenute nelle opere degli scrittori arcaici: Accio, Afranio, Cecilio Stazio, Ennio, Livio Andronico, Lucilio, Nevio, Pacuvio, Plauto, Terenzio, Titinio, Turpilio. Si è proceduto a schedare sia le fonti che conservano singole parole o riferimenti, più o meno espliciti, agli istituti giuridici disciplinati dalle *leges regiae* e dalle XII Tavole (ancorché in una lingua sicuramente ammodernata), sia le altre fonti che tali leggi in qualche misura ricordano (o possono ricordare), pur senza utilizzare espressamente le medesime parole: si sono raccolte, dunque, sia le citazioni dirette sia quelle indirette.

La mole di riferimenti al lessico legislativo conservata nei testi qui schedati è rilevantissima. La circostanza, non ignota in dottrina, si palesa, tuttavia, alla luce del materiale qui raccolto, in tutta la sua evidenza.

Poiché la Legge delle XII Tavole rappresentava – perlomeno negli ultimi due secoli della repubblica romana – il testo base per l'apprendimento, nella prima età scolare, dei rudimenti della lingua latina, i molteplici riferimenti all'antica Legge contenuti nei testi letterari qui esaminati non possono stupire.

Si tratta di autori che, il più delle volte, si rivolgevano ad un pubblico largo (commediografi, comici, poeti e in generale autori – per così dire – di intrattenimento): un pubblico in grado di *riconoscere* i riferimenti ai *verba* delle antiche leggi e gli innumerevoli giochi di parole ad esse connessi, perché quelle medesime leggi – come notissimo – quel me-

desimo pubblico aveva imparato a memoria, appunto, nella prima età scolare. In altri termini, da questa indagine si conferma la conoscenza del testo della Legge delle XII Tavole presso un pubblico di non specialisti del diritto.

Soprattutto nelle commedie di Plauto e Terenzio si è mostrata in maniera evidente la “riconoscibilità” dei medesimi testi legislativi da parte di un pubblico largo. Particolarmente interessanti appaiono gli innumerevoli giochi di parole con i quali gli autori facevano riferimento alla Legge delle XII Tavole, pur senza citarla espressamente, ma mostrando di ritenere che il pubblico, tali riferimenti, fosse in grado di comprendere (e di divertirsi attraverso di essi): peraltro, tale diffusa comprensione di citazioni, allusioni, rimandi, diretti o indiretti, al lessico legislativo arcaico spiega proprio – alla luce della grande mole di documentazione raccolta – il motivo per cui la letteratura latina avesse, per così dire, “assorbito” il linguaggio giuridico e se ne servisse così largamente.

La documentazione raccolta, inoltre, consente di ritenere smentita la tesi, a lungo dominante, secondo la quale Plauto e Terenzio non sarebbero attendibili ai fini della conoscenza del diritto romano, in quanto il diritto rappresentato nelle loro commedie sarebbe ascrivibile al diritto greco. A tal proposito, va sottolineato come numerosissimi e assai perspicui siano i riferimenti agli antichi istituti del *ius civile*. A mero titolo esemplificativo, si segnalano le citazioni della *mancipatio*, della *causa liberalis*, delle manomissioni.

Ma si evidenzia, ancora, come appaiano particolarmente significative e precise le menzioni di istituti disciplinati anche da *leges regiae*. Sempre a mero titolo esemplificativo, in Plauto più volte si fa riferimento alla *paelix* cui era vietato toccare l’ara di Giunone, pena dover sacrificare un’agnella *crinibus demissis*.

Confidiamo, pertanto, che tale lavoro possa rappresentare un utile strumento di lavoro per quanti indagano il diritto romano arcaico, offrendo un materiale sistematicamente schedato e raccolto sulla base di *verba* che, direttamente o indirettamente, alla più antica legislazione di Roma facevano riferimento.

Oliviero Diliberto - Maria Virginia Sanna

ACCIO

15: *Matrem ob iure factum incilas, genitorem inius-
litum adprobas?*

17: *Multi, animus quorum atroci vinctus malitia est*

33: ... *nam tropaeum ferre me a forti viro
Pulcrum est: si autem vincar, vinci a tali nullum
[<mi> est probrum*

41: *Qui non sat habuit coniugem inlexe in stuprum*

42: *quod re in summa summum esse arbitror
Periculum, matres conquinari regias,
Contaminari stirpem ac misceri genus
Adde huc quod mihi portento caelestum pater
Prodigium misit, regni stabilimen mei,
Agnum inter pecudes aurea clarum coma,
Em clam Thyestem clepere ausum esse e regia,
Qua in re adiutricem coniugem cepit sibi*

83: *Forte ante auroram, radiorum ardentum indicem,
Cum <e> somno in segetem agresti cornutos
[cient*

87: *Ego ut essem adfinis tibi, non ut te extinguerem,
Tuam petii gnatam: numero te expugnat timor*

104: *Iussit proficisci exilium quovis gentium,
Ne scelere tuo Thebani vatescant agri*

110: *Poenis luendis dabitur satias supplici?*

115: *Lue patrum hostili fuso sanguen sanguine.
Te sancte venerans precibus, invicte, invoco,
Portenta ut populo, patriae verruncent bene*

120: *Quoniam quieti corpus nocturno impetu
Dedi, sopore placans artus languidos,
Visum est in somnis pastorem ad me adpellere
Pecus lanigerum eximia pulcritudine;
Duos consaguineos arietes inde eligi
Praeclarioremque alterum immolare me.
Deinde eius germanum cornibus connitit,
In me arietare, eoque ictu me ad casum dari;
Exin prostratum terra, graviter saucium,
Resupinum in caelo contueri maximum
Mirificum facinus: dextrorsum orbem flammeum
Radiatum solis linqvier cursu novo*

132: *Rex, quae in vita usurpant homines, cogitant, cu-
[rant, vident*

141: *Auguratum est rem Romanam publicam summam
[fore*

142: *... qui recte consulat, consul cluat*

Incerta

6: *Vel quod propinquos, vel quod virtute aemulus.
Cuius ipse princeps iuris iurandi fuit,
Quod omnes scitis, solus neglexit fidem:
Furere adsimulare, ne coiret, institit.
Quod ni Palamedi perspicax prudentia
Istius percepset malitiosam audaciam,
Fide sacratae ius perpetuo falleret*

23: *Puerum interea opruncat membraque articulatim
[dividit,
Perque agros passim dispergit corpus: id ea gratia,
Ut, dum nati dissipatos artus captaret parens,
Ipsa interea effugeret, illum ut maeror tardaret se-
[qui,
Sibi salutem ut familiari pareret parricidio.
Non commemoro quod draconis saevi sopivi impe-
[tum,
Non quod domui vim taurorum et segetis armatae
[manus*

AFRANIO

1: *... fateor, sumpsi non ab illo modo,
Sed ut quisque habuit, conveniret quod mihi,
Quod me non posse melius facere credidi,
Etiam a Latino*

5: *Hem isto parentum est vita vilis liberis,*

*Ubi malunt metui quam vereri se ab suis.
... qui conere noctu clanculum
Rus ire, dotem ne repromittas, vafer,
Honeste ut latites, et nos ludas diutius.
O dignum facinus! adolescentis optumas
Bene convenientes, concordantes cum vireis
Repente viduas factas spurcitia patris!*

*21: Formosa virgo est: dotis dimidium vocant
Isti, qui dotis neglegunt uxorias:
Praeterea fortis*

*25: Illud memento, ne quid imprudentius
Blateres*

*29: In collum, plorat, orat; occurrit nepos
Pausillus; neptis porro de lecto frigit*

31: Non sum tam criminosa quam tu, vipera

CATONE

De agri cultura

Praef. 1: Est interdum praestare mercaturis rem quaerere, nisi tam periculosum sit, et item foenerari, si tam honestum sit. Maiores nostri sic habuerunt et ita in legibus posiverunt, furem dupli condemnari, foeneratorem quadrupli: quanto peiorem civem existimarint foeneratorem quam furem, hinc licet existimare

1.1: *Praedium quom parare cogitabis, sic in animo habeto: uti ne cupide emas neve opera tua parcas visere et ne satis habeas semel circumire; quotiens ibis, totiens magis placebit quod bonum erit*

1.4: *Siet in his agris, qui non saepe dominos mutant: qui in his agris praedia vendiderint, quos pigeat vendidisse. Uti bene aedificatum siet. Caveto alienam disciplinam temere contemnas; de domino bono colono bonoque aedificatore melius emetur*

2.1: *Pater familias ubi ad villam venit, ubi larem familiarem salutavit, fundum eodem die, si potest, circumeat*

2.5: *Ubi cognita aequo animo sint quave reliqua opera sint, curare uti perficiantur; rationes putare argentariam, frumentariam, pabuli causa quae parata sunt; rationem vinariam, oleariam, quid venierit, quid exactum siet, quid reliquum siet, quid siet quod veneat; quae satis accipiunda sint, satis accipiantur; reliqua quae sint, uti compareant*

2.6: *Si quid desit in annum, uti paretur; quae supersint, ut veneant; quae opus sint locato, locentur; quae opera fieri velit et quae locari velit, uti imperet et ea scripta relinquat. Pecus consideret*

3.7: *Auctionem uti faciat: vendat oleum, si pretium habeat; vinum, frumentum quod supersit, vendat; boves vetulos, armenta delicula, oves deliculas, lanam, pelles, plostrum vetus, ferramenta vetera, servum senem, servum morbosum, et si quid aliut supersit, vendat. Patrem familiam vendacem, non emacem esse oportet*

5.3: *Si cito sustuleris et vasa parata erunt, damni nihil erit ex tempestate et oleumviridius et melius fiet*

6.4.2: *Vicinis bonus esto: familiam ne siveris peccare. Si te libenter vicinitas videbit, facilius tua vendes, opera facilius locabis, operarios facilius conduces; si aedificabis, operis, iumentis materie adiuvabunt; si quid – bona salute – usus venerit, benigne defendent*

7.5.1 ss.: *Haec erunt vilici officia: disciplina bona utatur; feriae serventur; alieno manum abstineat, sua servet diligenter; litibus familia supersedeat, si quis quid deliquerit pro noxa bono modo vindicet. Familiae male ne sit, ne algeat, ne esuriat; opere bene excerceat, facilius malo et alieno prohibebit. Vilicus si nolet male facere, non faciet; si passus erit, dominus impune ne sinat esse. Pro beneficio gratiam referat, ut aliis recte facere libeat. Vilicus ne sit ambulator, sobrius siet semper, ad cenam ne quo eat. Familiam excerceat, consideret quae dominus imperaverit fiant. Ne plus censeat sapere se quam dominum. Amicos domini, eos habeat sibi amicos; cui iussus siet, auscultet. Rem divinam, nisi Compitalibus in compito aut in foco, ne faciat iniussu domini; credat nemini, quod dominus crediderit exigat. Satui semen, cibaria, far, vinum, oleum mutuuum dederit nemini; duas aut tres familias habeat, unde utenda roget et quibus det, praeterea nemini. Rationem cum domino crebro putet. Operarium mercenarium, politorem diutius eundem ne habeat die. Ne quid emisse velit insciente domino, neu quid dominum celavisse velit. Parasitum ne quem habeat. Haruspicem, augurem, hariolum, Chaldaeum ne quem consuluisse velit. Segetem ne defrudet: nam id infelix est*

9.9: *Salicta locis aquosis, umectis, umbrosis, propter amnes, ibi seri oportet: et id videto uti aut domino opus siet aut ut vendere possit. Prata irrigiva, si aquam habebis, id potissimum facito; si aquam non habebis, sicca quam plurimam facito. Hoc est praedium quod, ubi vis, expedit facere*

18.15: *Macerias ex calce, caementis, silice; uti dominus omnia ad opus praebeat... Sesquipedalem parietem dominus fundamenta faciat et ad opus praebeat: calcis in pedes singulos longitudinem opus est modium unum, arenae modios duos*

21.18.6: *... in iis tignis parietes extruito iungitoque materiae, uti oneris satis habeat. Aram ubi facies, pedes V fundamenta alta facito*

30.27: *... Si erit locus siccus, tum oleas per sementim serito, et quae ante satae erunt, teneras tum supputato et arbores ablaqueato*

36.33.2: *... Hoc modo eam curato: capita vitium per sementim ablaqueato; vineam putatam circumfodito, arare incipito; ultro citroque sulcos perpetuos ducito. Vites teneras quam primum propagato, sic occato; veteres quam minimum castrato; potius, si opus erit, deicito biennioque post praecidito. Vitem novellam resicari tum erit tempus, ubi valebit*

36.33.4: *Ubi vinea frondere coeperit, pampinato. Vineas novellas alligato crebro, ne caules praefringantur; et quae iam in perticam ibit, eius pampinos teneros alligato leviter corrigitoque uti recte spectent*

55.47: ...*Si pecus pascetur ubi vitem serere voles, ter prius resecato, quam ad arbores ponas*

76.67.2: ... *In torculario et in cella caveat diligenter ne quid olei subripiatur*

79.70.1: *Si morbum metues, sanis dato salis micas tres, folia laurea III, porri fibras III, ulpicispicas III, alii spicas III, turis grana tria, herbae Sabinae plantas tres, rutae folia tria, vitis albae caules III, fabulos albos III, carbones vivos III, vini s(extarios). III: haec omnia sublimiter legi teri darique oportet*

92.83: *Eam rem divinam vel servus vel liber licebit faciat. Ubi res divina facta erit, statim ibidem consumito. Mulier ad eam rem divinamne adsit neve videat quo modo fiat. Hoc votum in annos singulos, si voles, licebit vovere*

141.132.1: *Dapem hoc modo fieri oportet. Iovi dapali culignam vini quantum vis polluceto. Eo die feriae bubus et bubulcis et qui dapem facient. Cum pollucere oportebit, sic facies: Iuppiter dapalis, quod tibi fieri oportet in domo familia mea culignam vini dapi, eius rei ergo macte hac illace dape pollucenda esto*

143.134.2: *Iano struem [c]ommoveto sic: Iane pater, te hac strue ommovenda bonas preces precor, uti sies volens propitius mihi liberisque mis domo familiaeque meae*

147.138: .. *Mulis, equis, asinis feriae nullae, nisi si in familia sunt*

148.139: *Lucum conlucare Romano more sic oportet. Porco piaculo facito, sic verba concipito: Si deus, si dea es, quoium*

illud sacrum est, uti tibi ius est porco piaculo facere illiusce sacri coercendi ergo harumque rerum ergo, sive ego sive quis iussu meo fecerit, uti id recte factum siet, eius rei ergo te hoc porco piaculo inmolando bonas preces precor, uti sies volens propitius mihi domo familiaeque meae liberisque meis; harumce rerum ergo macte hoc porco piaculo inmolando esto

150.141: ... *Mars pater, te precor quaesoque uti sies volens propitius mihi domo familiaeque nostrae, quouis re ergo agrum terram fundumque meum suovitaurlia circumagi iussi, uti tu morbos visos inuisoque*

152.143: .. *rem divinam ni faciat neve mandet, qui pro ea faciat, iniussu domini aut dominae. Scito dominum pro tota familia rem divinam facere*

153.144.1: *Oleam legendam hoc modo locare oportet: oleam cogito recte omnem arbitrato domini, aut quem custodem fecerit, aut cui olea venierit; oleam ne stringito neve verberato iniussu domini aut custodis; si adversus ea quis fecerit, quod ipse hoc die delegerit, pro eo nemo solvet neque debebitur. [2] Qui oleam legerint, omnes iuranto ad dominum aut ad custodem sese oleam non subripuisse neque quemquam suo dolo malo ea oleitate ex fundo L. Manli. Qui eorum non ita iuraverit, quod is legerit omne, pro eo argentum nemo dabit neque debebitur. Oleam cogi recte satis dato arbitrato L. Manli. Scalae ita uti datae erunt, ita reddito, nisi quae vetustate fractae erunt; si non erunt reddet eaeque arbitrato reducetur. [3] Si quid redemptoris opera domino damni datum erit, resolvito. Id viri boni arbitrato deducetur. Legulos quot opus erunt praebeto et s<tr>ictores; si non praebuerit, quanti conductum erit aut locatum erit deducetur, tanto minus*

debebitur. De fundo ligna et oleam ne deportato; qui oleam legerit, qui deportarit, in singulas deportationes SS n(ummi) II deducuntur neque id debebitur. [4] Omnem oleam puram metietur modio oleario. Adsiduos homines L praebeto; duas partes strictorum praebeto. Ne quis concedat quo olea legunda et facienda carius locetur, extra quam si quem socium in praesentiarum dixerit; si quis adversum ea fecerit, si dominus aut custos volent, iurent omnes socii; si non ita iuraverint, pro ea olea legunda et faciunda nemo dabit neque debebitur ei qui non iuraverit. [5] Accessiones: in (modios) MCC accedit oleae salsae (modii) V, olei puri p(ondo) VIII; in tota oleitate SS V aceti q(uadrantalia) V. Quod olea salsae non acceperint dum oleam legent, in modios singulos s(estertii) s(inguli) dabuntur

154.145.1: Oleam faciundam hac lege oportet locare: facito recte arbitrato domini aut custodis, qui id negotium curabit; si sex iugis vasis opus erit, facito; homines eos dato, qui placebunt <domino> aut custodi aut quis eam oleam emerit; trapetis facito; si operarii conducti erunt aut faciunda locata erit, pro eo resolvito, aut deducetur. [2] Oleum ne tangito utendi causa neque furandi causa, nisi quod custos dederit aut dominus; si sumpserit, in singulas sumptiones SS n(ummi) XL deducuntur neque debebitur. Factores, qui oleum fecerint, omnes iuranto aut ad dominum aut ad custodem sese de fundo L. Manilii neque alium quemquam suo dolo malo oleum neque oleam subripuisse; [3] qui eorum non ita iuraverit, quae eius pars erit, omne deducetur neque debebitur. Socium ne quem habeto, nisi quem dominus iusserit aut custos. Si quid redemptoris opera domino damni datum erit, viri boni arbitrato deducetur. Si viride oleum opus siet, facito. Accedet oleum et sale suae usioni quod satis siet, vasarium vict(oriati) II

155.146.1: *Oleam pendentem hac lege venire oportet. Olea pendens in fundo Venafro venibit. Qui oleam emerit, amplius quam quanti emerit omnis pecuniae centesima accedet, praeconium praesens SS et L et oleum, Romanici p(ondo) MD, viridis p(ondo) CC, olea caducae (modii) L, strictivae (modii) X – modio oleario mensum dato- unguinis p(ondo) X. Ponderibus modiisque domini dato iri pri primae cotulas duas. Dies argento: ex K(al.) Nov mensum X; oleae legendae faciendae, quae locata est, et si emptor locarit, Idibus solvito. Recte haec dari fierique satisque dari domino aut cui iusserit promittito, satisque dato arbitrato domini; donicum solutum erit aut ita satis datum erit, quae in fundo inlata erunt, pigneri sunt; ne quid eorum de fundo deportato, si quid deportaverit, domini esto. [3] Vasa torcula, funes, scalas, trapetos, si quid et aliud datum erit, salva recte reddito, nisi quae vetustate fracta erunt; si non reddet, aequom solvito. Si emptor legulis et factoribus qui illic opus fecerint non solverit, cui dari oportebit, si dominus volet, solvat; emptor domino debeto et id satis dato proque ea re ita uti s(upra) s(criptum) e(st) item pignori sunt*

156.147: *Hac lege vinum pendens venire oportet: vinaceos inlutos et faecem relinquito; locus vinis ad K(al.) Octob primas dabitur; si non ante ea exportaverit, dominus vino quid volet faciet. Cetera lex, quae olea pendenti*

157.148.1: *Vinum in doliis hoc modo venire oportet: vini in culleos sing(ulos) quadragenae et singulae urnae dabuntur; quod neque aceat neque muceat, id dabitur. In triduo proximo viri boni arbitrato degustato; si non ita fecerit, vinum pro degustato erit; quot dies per dominum mora fuerit, quo minus vinum degustet, totidem dies emptori procedent. [2] Vinum*

accipito ante K(al.) Ian. Primas; si non ante acceperit, dominus vinum admietetur; quod admensus erit, pro eo [dominus] re[m]solvito; si emptor postularit, dominus ius iurandum dabit verum fecisse. Locus vicinis ad K(al.) Octobres primas dabitur; si ante non deportaverit, dominus vino quid volet faciet. [Cetera lex quae oleae pendenti]

158.149.1: *Qua lege pabulum hibernum venire oporteat. Qua vendas finis dicito; pabulum frui occipito ex Kal. Septembribus; prato sicco decedat ubi pirus florere coeperit, prato inriguo ubi super inferque vicinus promittet tum decedito, vel diem certam utrique facito; cetero pabulo Kal. Martiis cedito. [2] Bubus domitis binis, cantherio uni, cum emptor pascet, domino pascere recipitur; holeris, asparagis, lignis, aqua, itinere, actu domini usioni recipitur. Si quid emptor aut pastores aut pecus emptoris domino damni dederit, boni v(iri) a(rbitratu) resolvat; si quid dominus aut familia aut pecus emptori damni dederit, viri boni arbitratu resolvetur; donecum pecuniam <solverit aut> satisfecerit aut delegarit, pecus et familia, quae illic erit, pigneri sunt. Si quid de iis rebus controversiae erit, Romae iudicium fiat*

159.150.1: *Fructum ovium hac lege venire oportet: in singulas casei p(ondo) Is – dimidium aridum – lacte feriis quod mulserit dimidium et praeterea lactis urnam unam: Hisce legibus, agnus diem et noctem qui vixerit in fructum, et Kal. Iun. emptor fructu decedat: si interkalatum erit, K(al.) Mais. [2] Agnos XXX ne amplius promittat. Oves, quae non peperint, binae pro singulis in fructu cedent; die lanam et agnos vendat menses X, ab coactore releget. Porcos serarios in oves denas singulos pascat. Conductor duos menses pastorem praebeat; donec domino satisfecerit aut solverit, pignori esto*

164.155: ...*Per segetem in frumentis aut in segete aut in fossis sicubi aqua constat aut aliquid aquae obstat, id emittere, patefieri removerique oportet*

165.157.13: ...*qui sic purgatus erit, diutina valetudine utetur, neque ullus morbus veniet nisi sua culpa*

168.160: *Luxum si quod est, hac cantione sanum fiet*

De re militari liber

2: *Ut populus suus sua opera potius ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat, quam re male gesta coronatus veneat*

Falsa

15: *Pignoris capio ob aes militare, quod aes a tribuno aerario miles accipere debebat, vocabulum seorsum fit*

Incertorum librorum fragmenta

31: *Praeda, quae capta est, viritim divisa*

42: *Felices arbores Cato dixit quae fructum ferunt, infelices quae non ferunt*

Epistulae ad Marcum filium

6: ...*Sed cum amore pugnandi in exercitu remansisset, Cato ad Popilium scripsit ut, si eum patitur in exercitu remanere,*

secundo eum obliget militiae sacramento, quia priore amisso iure cum hostibus pugnare non poterat

Orationes

4.26: *Postquam auspicavi atque exercitum adduxi pone <versus> castra hostium*

5.41: *Tertio autem pedato item ex fenore discordia excrescebat*

6.42: *...ubi societas? Ubi fides maiorum? Insignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque maximam contumeliam, inspectantibus popularibus suis atque multis mortalibus, te facere ausum esse!*

7.43: *Tuum nefarium facinus peiore facinore operire postulas, succidias humanas facis, tantam trucidationem facis, decem funera facis, decem capita libera interficis, decem hominibus vitam eripis indicta causa, iniudicatis, incondemnat*

7.45: *Nequem fidem, neque iusiurandum, neque pudicitiam multifacit*

7.46: ****erant, ne mala ***t, scelera nefaria fie ***<sacrame>nto traderetur lege est*

11.51: *Nam periniurium siet, cum mihi ob eos mores quos prius habui honos detur, ubi datus est tum uti eos mutem atque alii modi sim*

14.57: *Pecunia mea rei publicae profuit quam istimodi uti tua es*

14.58: *Haruspicem, fulguratorem si quis adducat*

14.59: *Quod tu, quod in te fuit, sacra stata, aollem[p]nia, capite sancta deseruisti*

18: *Ne spolia figerentur nisi de hoste capta*

20.76: *O quanti ille agros emit, qua aquam duceret*

20.77: *Quod attinet ad salinatores aerarios, cui cura vectigalium resignatur*

20.78: ****s praetores secundum populum vindicias dicunt*

21.80: *Vinum redimisti, praedia pro vini quadrantalibus sexaginta in publi<cum> dedisti, vinum non dedisti*

23.92: *Si quis agrum suum passus fuerat sordescere eumque indiligenter curabat ac neque araverat neque purgaverat, sive quis arborem suam vineamque habuerat derelictui, non id sine poena fuit, sed erat opus censorium, censoresque aerarium faciebant. 2. Item quis eques Romanus equum habere gracilentum aut parum nitidum visus erat, «inpolitiae» notabatur; id verbum significat quasi tu dicas «incuriae» 3. Cuius rei utriusque auctoritates sunt et M. Cato id saepenumero adtestatus est*

24.98: *<Porcum sa>crem in sin***quando pro***me sacrem***primis fiet****

25.101: *Pecuniam inlargibo tibi*

28.107: *Expedito pauperem plebeium atque proletarium*

30: *Suasio legis Voconiae. 112. Q. Voconius Saxa tr. Pl. Legem tulit ne quis mulierem heredem instituerit. Suasit legem M. Cato; exstat oratio eius*

30.113: *Principio vobis mulier magnam dotem adtulit; tum magnam pecuniam recipit, quam in viri potestatem non conmittit, eam pecuniam viro mutuam dat; postea, ubi irata facta est, servum recepticium sectari atque flagitare virum iubet*

30.114: *Agrum, quem vir habet, tollitur*

32.122: *Quid nunc? Ecqua tandem lex est tam acerba quae dicat: «Si quis illud facere voluerit, mille minus dimidium familiae multa esto; si quis plus quingenta iugera habere voluerit, tanta poena esto; si quis maiorem pecuum numerum habere voluerit, tantum damnas esto?» Atque nos omnia plura habere volumus, et id nobis impune est*

34.129: *Percunctatum patrisfamiliae nomen ne quis servum mitteret, lege sanctum fuisse ait Cato in ea, qua[m] legem Orc<h>iam dissuadet*

36.134: *Sed si omnia dolo fecit, omnia avaritiae atque pecuniae causa fecit, eiusmodi scelera nefaria quae neque fando neque legendo audivimus, supplicium pro factis dare oportet*

36.138: *Tu otiosus ambulas, qui apud regem fuisti donicum ille tibi inter dixit rem capitalem*

39.145: *C. Licinio praetore remiges scribti cives Romani[s] sub portisculum, sub flagrum conscribti venire passim*

40.146: *Pueri atque mulieres extrudebantur fami causa*

40.148: *Aures nobis calliscerunt ad iniurias*

41.153: *Ego me nunc volo ius pontificum optime scire; iamne ea causa pontifex capiar? Si volo augurium optime tenere, ecquis me ob<re>m eam augurem capiat?*

51.169: *Iussi caudicem proferri, ubi mea oratio scripta erat de ea re, quod sponsionem feceram cum M. Cornelio. Tabulae prolatae: maiorum benefacta perlecta; deinde quae ego pro re p. fecissem leguntur. Ubi id utrumque perlectum est, deinde scriptum erat in oratione: «Numquam ego pecuniam neque meam neque sociorum per ambitionem dilargitus sum». Attat noli, noli scribere, inquam, istud: nolunt audire. Deinde recitavit: «Numquam <ego> praefectos per sociorum vestrorum oppida inposivi, qui eorum bona liberos diriperent». Istud quoque dele, nolunt audire; recita porro. «Numquam ego praedam neque quod de hostibus captum esset neque manubias inter pauculos amicos meos divisi, ut illis eriperem qui cepissent». Istuc quoque dele: nihil eo minus volunt dici; non opus est recitato. «Numquam ego evectionem datavi, quo amici mei per symbolos pecunias magnas caperent». Perge istuc quoque uti cum maxime delere. «Numquam ego argentum pro vino congiario inter apparitores atque amicos meos disdidi neque eos malo publico divites feci». Enimvero usque istuc ad lignum dele. Vide sis quo loco re<s> p. siet, uti quod rei p. bene fecissem, unde gratiam capiebam, nunc idem illud memorare non audeo, ne invidiae siet. Ita inductum est male facere inpoene, bene facere non inpoene licere*

53.171: *Atque evenit ita, Quirites, uti in hac contumelia, quae mihi per huiusce petulantiam factum itur, rei quoque publicae medius fidius miserear, Quirites*

54.172: *Fures privatorum furtorum in nervo atque in compedibus aetatem agunt, fures publici in auro atque in purpura*

56.177: *Citer ager alligatus ad sacra erit*

62.183: *Quod maiores sanctius habuere defendi pupillos quam clientem non fallere. Adversus cognatos pro cliente testatur, testimonium adversus clientem nemo dicit. Patrem primum, postea patronum proximum nomen habere*

63.184: *Quid, si vadimonium capite obvoluto stitisses?*

64.185: *Pueris in ludos tellos, pasceolos furare*

65.186: *Atque ego a maioribus memoria sic accepi: si quis quid alter ab altero peterent, si ambo pares essent, sive boni sive mali essent, quod duo res gessissent, uti testes non interessent, illi unde petitur ei potius credendum esse. Nunc si sponsionem fecissent Gellius cum Turio, «ni vir melior esset Gellius quam Turius», nemo opinor tam insanus esset, qui iudicaret meliorem esse Gellium quam Turium; si non melior Gellius est Turio, potius oportet credi unde petitur*

66.187: *Audite, sultis, milites: si quis vestrum in bello superfuerit, si quis non invenerit pecuniam, egebit*

69.191: *Sed nisi qui palam corpore pecuniam quaereret aut se lenoni locavisset, etsi famosus et suspiciosus fuisset, vim in corpus liberum non aecum censuere adferri*

70.194: ****tisse timidus ne***ibi causam sonticam*

73.198(Fest.): *L. Sacrosanctum dicitur, quod iure iurando interposito est institutum, si quis id violasset, ut morte poenas penderet. Cuius generis sunt tribuni plebis aedilesque eiusdem ordinis; quod adfirmat M. Cato in ea quam scripsit, aedilis plebis sacrosanctos esse*

74.199(Fest): *L. «Probrum virginis Vestalis ut capite puniretur, vir qui eam incestavisset verberibus necaretur»: lex fixa in atrio Libertatis cum multi<s> alis legibus incendio consumpta est, ut ait M. Cato in ea oratione, quae de auguribus inscribitur. Adicit quoque virgines Vestales sacerdotio ex augurali*

75.200: *Vir cum divortium fecit, mulieri iudex pro censore est, imperium quod videtur habet: si quid perverse taetrequae factum est a muliere, multatur; si vinum bibit, si cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur*

75.201: *In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, sine iudicio inpune necares; illa te, si adulterares sive tu adulterare<re>, digito non auderet contingere, neque ius est*

75.202: *Cato ideo propinquos feminis osculum dare, ut scirent an temetum olerent*

79.206: *Accessit ager, quem privatim habent, Gallicus, Samnitis, Apulus, Bruttius*

82.209: *** *licita est, et praeterea rogas* *** *ea si populus
condem[p]nave <rit, uti siremps lex> siet, quasi adversus le****

215: *Nothum, qui non sit legitimus, Graeci vocant; Latinum rei
nomen, ut Cato quoque in oratione quadam testatus est, non
habemus, ideoque utimur peregrino*

218 a.: *Neque mihi aedificatio neque vasum neque
vestimentum ullum est manupretiosum neque pretiosus servus
neque ancilla. Si quid est quod utar, utor; si non est, eg<e>o.
Su<u>m cuique per me uti atque frui licet*

222: *Contumelias mihi dixisti conpluriens*

223: *lure, lege, libertate, re publica communiter uti oportet;
gloria atque honore, quomodo sibi quisque struxit*

Origines

1.19: *Cato ait Larentiam meretricio quaestu locupletatam post
excessum suum populo Romano agros Turacem Semurium
Lintirium et Solinium reliquisse et ideo sepulcri magnificentia
et annuae parentationis honore dignatam*

1.21a: *Urbem designat aratro, quem Cato in Originibus dicit
morem fuisse*

1.28: *Fana in eo loco conpluria fuere. Ea exauguravit
prae<ter>quam quod Termino fanum fuit; id nequitum
exaugurari*

2.63: *Immolari proprie dicuntur hostiae non cum caeduntur sed cum accipiunt molam salsam, Cato in Originibus ita ait, Lavini boves immolatos prius quam caederentur, profugisse in silvam*

2.64: *Si quis mortuus est Arpinatis, eius heredem sacra non secuntur*

4.85: *Si quis membrum rupit aut os fregit, talione proximus cognatus ulciscitur*

4.86: *Imperator noster, si quis extra ordinem depugnatum ivit, ei multam facit*

4.95: *Duo exules lege publica <***> et execrari*

5.99: *Dotes filiabus suis non dant*

5.104: *Quid nunc? ecqua tandem lex est tam acerba quae dicat: «Si quis illud facere voluerit, mille minus dimidium familiae multa esto; si quis plus quingenta iugera habere voluerit, tanta poena esto; si quis maiorem pecuum numerum habere voluerit, tantum damna<s> esto»? Atque nos omnia plura habere volumus, et id nobis impune est*

5.112: *Illi polliciti sese facturum omnia*

5.117: *Sed protelo trini boves unum aratrum ducent*

7.126: *Iurum legumque cultores*

Incertorum Originum librorum reliquiae

134: *Arator[um] an terminum*

CECILIO STAZIO

1: *actutum voltis, empta est: noltis, non empta
[est*

*...quamquam ego mercede huc conductus tua
Advenio, ne tibi me esse ob eam rem obnoxium
Reare: audibis male, si male dicis mihi*

7: *<Est> haec caterva plane gladiatoria,
Cum suom sibi alius socius socium sauciat*

15: *Qui quasi ad hostis captus liber servio salva urbe
[atque arce*

17: *Quae, mihi quidquid placet, eo privatum it me,
[servatam <velim>?*

*Ea me clam se cum mea ancilla ait consuetum. Id
[me arguit:
Ita plorando orando instando atque obiurgando me
[optudit,
Illam uti venderem. Nunc credo inter suas
Aequalis et cognatas sermonem serit*

25: *Effeci, pellice ut meum privarem virum?*

34: *In amore suave est summo summaque inopia
Parentem habere avarum, inlepidum, in liberos*

*Difficilem, qui te nec amet nec studeat tui.
Aut tu illum furto fallas aut per litteras*

*42: Nec quem dolum ad eum aut machinam commo-
[liar*

*46: Clamo, postulo, obsecro, oro, ploro, atque inploro
[fidem!*

*- in civitate fiunt facinora capitalia:
<Nam> ab amico amante argentum accipere
[meretrix noenu volt*

*51: Aut stultum aut rerum esse inperitum existumem:
Cuii in manu sit, quem esse dementem velit,
Quem sapere, quem sanari, quem in morbum
[inici*

ENNIO

Annales

Liber I

17: Accipe daque fidem foedusque feri bene firmum

*30: His verbis: «O gnata, tibi sunt ante gerendae
Aerumnae, post ex fluvio fortuna resistet»*

*43: Curantes magna cum cura, tum cupientes
Regni, dant operam simul auspicio augurioque*

45: - *Remus auspicio se devovet atque secundam
Solutam avem servat. At Romulus pulcher in alto
Quaerit Aventino, servat genus altivolantum.
Certabant urbem Romam Remoramne vocarent*

66: *Cum superum lumen nox intempesta teneret*

Liber III

96: *Et densis aquila pennis obnixa volabat
Vento quem perhibent Graium genus aera lingua*

Liber VI

106: *Proletarius publicitus scutisque feroque
Ornatur ferro, muros urbemque forumque
Excubiis curant*

114: *Nec mi aurum posco nec mi pretium dederitis*

122: ... *divi, hoc audite parumper,
Ut pro Romano populo prognariter armis
Certando prudens animam de corpore mitto*

Liber VII

136: *Haece locutus vocat, quocum bene saepe libenter
Mensam sermonesque suos rerumque suarum
Comiter impertit, magnam cum lassus diei
Partem fuisset de summis rebus regundis
Consilio indu foro lato sanctoque senatu;*

*Cui res audacter magnas parvasque iocumque
Eloqueretur, et cuncta malaque et bona dictu
Evomeret, si qui vellet, tutoque locaret;
Quocum multa volup [gaudia] clamque palam-
[que;
Ingenium cui nulla malum sententia suadet
Ut faceret facinus, levis aut malus; doctus, fidelis,
Suavis homo, facundus, suo contentus, beatus,
Scitus, secunda loquens in tempore, commodus,
[verbum
Paucum, multa tenens antiqua, sepulta vetustas
Quae facit; et mores veteresque novosque tenen-
[tem,
Multorum veterum leges divomque hominumque,
Prudentem, qui dicta loquive tacereve posset,
Hunc inter pugnas compellat Servilius sic*

Liber VIII

160: *Non ex iure manum consertum, sed magis ferro
Rem repetunt regnumque petunt, vadunt solida vi*

Liber IX

178: *«Sed quid ego haec memoro? dictum factumque
[facit frux]*

Liber X

184: *Egregie cordatus homo catus Aelius Sextus*

Liber XV

220: *Totum sudor habet corpus, multumque laborat,
Nec respirandi fit copia: praepete ferro
Histri tela manu iacentes sollicitabant*

Liber XVI

229: *Si luci, si nox, si mox, si iam data sit frux*

Incertorum fragmenta

260: *...endo suam do*

Epigrammata

3: *Nemo me lacrimis decoret nec funera fletu
Faxit. Cur? Volito vivos per ora virum*

9: *Si fas endo plagas caelestum ascendere cuiquam
[est*

Saturae

Liber VI

7: *Quid censes domino esse animi? pro divom fidem!*

Scaenica

1: *Serva cives, defende hostes, cum potes defendere*
- ...*summam tu tibi pro mala*
Vita famam extolles et pro bona paratam gloriam.
Male volentes famam tollunt, bene volentes gloriam

5: ... *per ego deum sublimas subices*
Umidas, unde oritur imber sonitu saevo et spiritu -
Multis sum modis circumventus, morbo, exilio atque inopia;
Tum pavor sapientiam omnem mi exanimato expec-
[torat:
Mater terribilem minatur vitae cruciatum et necem

24: *Ecsacrificabat hostiis balantibus*

41: *Adest, adest fax obvoluta sanguine atque incendio;*
Multos annos latuit: cives, ferte opem et restin-
[guite]!

48: *Iudicavit inclutum iudicium inter deas tris aliquis;*
Quo iudicio Lacedaemonia mulier, Furiarum una,
[adveniet.
Ex opibus summis egens, Hector, tuae
**** Quid petam praesidi aut exequar? quove nunc*
Auxilio exili aut fugae freta sim?
Arce et urbe orba sum: quo accidam? quo appli-
[cem?
Cui nec arae patriae domi stant, fractae et disiectae
[iacent,
Fana flamma deflagrata, tosti alti stant parietes
Deformati atque abiete crispa

62: *Haec omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam evitari,
Iovis aram sanguine turpari!*

75: *Rami bacarum ubertate incurvescere,
Segetes largiri fruges, florere omnia,
Fontes scatere, herbis prata convestier*

81: *O Patricoles, ad vos adveniens auxilium et vestras
[manus
Peto, priusquam oppeto malam pestem mandatam
[hostili manu,
Neque sanguis ullo potis est pacto profluens con-
[sistere.
Si qui sapientia magis vestra mors devitari potest;
Namque Aesculapi liberorum saucii opplent por-
[ticus*

92: *Melius est virtute ius: nam saepe virtutem mali
Nanciscuntur: ius atque aecum se a malis sper-
[nit procul*

100: *Quod in pauperie mea senex graviter gemam!*

102: *Sed numquam scripstitis, quis parentem aut hospi-
[tem
Necasset, quo quis cruciatu perbiteret*

106: *Ego proiector quod tu peccas, tu delinquis, ego
[arguor?
Pro malefactis Helena redeat, virgo pereat inno-
[cens?*

Tua reconcilietur uxor, mea necetur filia?

115: *Coepisset, quae nunc nominatur nomine
Argo, quia Argivi in ea delecti viri
Vecti petebant pellem inauratam arietis
Colchis, imperio regis Peliae, per dolum.
Nam numquam era errans mea domo efferet
[pedem*

121: *Antiqua erilis fida custos corporis,
Quid sic te extra aedis examinata eliminas?*

126: *Multi suam rem bene gessere et publicam patria
[procul;
Multi, qui domi aetatem agerent, propterea sunt
[improbati*

135: *Qui volt esse quod volt, ita dat se res, ut operam
[dabit*

152: *Inspice hoc facinus; priusquam fiat, prohibessis
[scelus!*

155: *Sed virum vera virtute vivere animatu addecet,
Fortiterque innoxium stare adversum adversarios.
Ea libertas est, qui pectus purum et firmum ges-
[titat:
Aliae res obnoxiosae nocte in obscura latent.
Plus miser sim si scelestum faxim quod dicam fore.
Ego cum genui, tum moriturum scivi et ei rei
[sustuli*

163: *More antiquo audibo atque auris tibi contra uten-
[das dabo*

*Ego deum genus esse semper dixi et dicam caelitem,
Sed eos non curare opinor quid agat humanum
[genus:*

*Nam si curent, bene bonis sit, male malis, quod
[nunc abest.*

*Sed superstitiosi vates inpudentesque harioli,
Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas impe-
[rat*

*Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam,
Quibus divitias pollicentur, ab iis drachumam
ipsi petunt*

173: *Nolite, hospites, ad me adire: illico istic,
Ne contagio mea bonis umbrave obsit.
Tanta vis sceleris in corpore haeret*

179: *Neque sepulcrum, quo recipiat, habeat portum
[corporis,
Ubi remissa humana vita corpus requiescat malis*

LIVIO ANDRONICO

11: *Utrum genua amplotens virginem oraret*

LUCILIO

Liber I

1: *Quo populum atque urbem pacto servare potis-*
[set
Amplius Romanam.
Infamam honestam turpemque odisse popi-
[nam

Liber II

12: *ut iure peritus*

20: *Lictores, turma omnis,*
[chorusque

21: *Hinc hostis mi Albucius, hinc*
[inimicus

26: *Praeterea omne iter est hoc labosum atque luto-*
[sum

34: *Tantalus, qui poenas ob facta nefantia, poenas*
Pendit

43: «*Occidam illum equidem et vincam, si id quae-*
[ritis]» *inquit*

50: *Subicit huic fulcrum, fulmentas quattuor addit*

Liber VI

72: *Cui neque iumentum est nec servos nec comes
[ullus*

78: *... peccare impune rati sunt
Posse et nobilitati facul propellere iniquos*

Liber VII

87: *Qui te diligit, aetatis facieque tuae se
Fautorem ostendat, fore amicum polliceatur*

Liber IX

125: *Mendaci furique addes 'e', cum dare furei
Iusseris*

132: *«Pelliciendus», quod est inducendus, geminat 'l'*

Liber XV

141: *Multa homines portenta in Homeri versibus
[ficta*

*Monstra putant; quorum in primis Polyphemus
[ducentos*

*Cyclops longus pedes, et porro huic maius bacil-
[lum*

Quam malus navi in corbita maximus ulla.

Terriculas, Lamias, Fauni quas Pompiliique

Instituere Numae, tremit has, hic omnia ponit.

*Ut pueri infantes credunt signa omnia aena
Vivere et esse homines, sic isti somnia ficta
Vera putant, credunt signis cor inesse in aenis.
Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta*

Liber XXVIII

173: *Privabit, igni cum et aqua interdixerit*

Incertae sedis reliquiae

178: ... *Cecilius pretor ne rusticus fiat
Inguen ne existat, papulae, tama, ne boa nox
Nunc vero a mani ad noctem, festo atque pro-
[festo
Totus item pariterque die populusque patresque
lactare indu foro se omnes, decedere nusquam,
Uni se atque eidem studio omnes dedere et arti,
Verba dare ut caute possint, pugnare dolose,
Blanditia certare, «bonum» simulare «virum»
[se,
Insidias facere, ut si hostes sint omnibus omnes*

194: *Virtus, Albine, est pretium persolvere verum
Quis in versamur, quis in vivimus rebus potesse*

199: *Virtus quaerendae finem rei scire modumque;
Virtus divitiis pretium persolvere posse;
Virtus id dare quod re ipsa debetur honori,
Hostem esse atque inimicum hominum morumque
[malorum,*

*Contra defensorem hominum morumque bono-
[rum,
Hos magni facere, his bene velle, his vivere ami-
[cum*

NEVIO

Comoediarum fragmenta

*19: Immo quos scicidi in ius conscindam atque abiciam
Si umquam quicquam filium rescivero
Argentum amoris causa sumpse mutuom,
Extemplo illo te ducam, ubi non despuas*

PACUVIO

Antiopa

*1: quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera,
brevis capite, cervice anguina, aspectu truci,
eviscerata inanima cum animali sono*

*10: cervicum
floros dispendite crines*

14: salvete, gemini, mea propages sanguinis!

18: fruges frendendo sola saxi robore

Armorum iudicium

4: ... *qui sese ad fines esse ad causandum volunt,
de virtute his ego cernundi do potestatem omnibus*

5: *aperte fatur dictio, si intelligas:
tali dari arma qualis qui gessit fuit
iubet, potiri si studeamus Pergamum;
quem ego me profiteor esse, me est aecum frui
fraternis armis mihi que adiudicari er,
vel quod propinquus vel quod virtute aemulus*

6: ... *si non est ingratum reapse quod feci bene*

11: ... *et aecum et rectum est id quod postulas:
iurati cernant*

12: (*Ajax*) *cuius ipse princeps iuris iurandi fuit,
quod omnes scitis, solus neglexit fidem:
furere ad simulare ne coiret institit;
quod ni Palamedi perspicax prudentia
istius percepset malitiosam audaciam,
fide sacrae ius perpetuo falleret*

14: *pro imperio agendum est! quis vetat vim ne attolat*

Atalanta

1: *nunc primum opacat flore lanugo genas*

2: *parentum incertum investigandum gratia*

- 8: *dubito quam insistam viam
aut quod primordium capessam ad stirpem exquirendum*
- 9: *habeo ego istam qui distinguam inter vos geminitudinem*
- 12: *mi gnate, ut vereor eloqui! porcet pudor*
- 14: *ubi ego me gravidam sentio adgravascere
propinquitate parti*
- 17: *quas famulitas, vis, egestas, fama, formido, pudor*
- 20: *Tegea Arcadiae civitas calumina antiquum oppidum*
- 21: *triplicem virili sexu partum procreat*
- 22: *mortem ostentant, regno expellunt, consanguineam esse
abdicant*
- 23: *regi ut memorabis nunc regnum potitur transmissu patris*
- 24: *hic sollicita studio, obstupida, suspensio animo civitas*
- 25: *... omnes qui, tamquam nos, serviunt
sub regno callent domiti imperium metuere*
- 26: *concertare ac dissentire partim da rursum aequiter*

Chryses

- 9: *tela, famuli, tela propere ferte: sequitur me Thoas!*

10: *fortunam insanam esse et caecam et brutam perhibent philosophi
[losophi
saxoque instare in globoso praedicant volubili:
id quo saxum impulerit fors, eo cadere fortunam autumant;
insanam autem esse aiunt, quia atrox incerta instabilisque sit,
caecam ob eam rem esse iterant, quia nil cernat quo sese
[adplicet,
brutam, quia dignum atque indignum nequeat internoscere.
sunt autem alii philosophi qui contra fortuna negant
ullam miseriam esse, temeritate omnia geri autumant.
id magis veri simile esse usus reapse experiundo edocet:
velut Orestes modo fuit rex, factus mendicus modo
naufragio; nempe ergo id fluctu, haud forte aut fortuna op-
[tigit*

12: *in turba Orestis cognita, agnata est soror*

13: *ego sum Orestes!...
immo enimvero ego sum, inquam, Orestes
... ambo ergo una necarier
comprecamur*

16: *atque ut promeruit! pater mihi patriam populavit meam*

19: *cives antiqui amici maiorum meum,
consilium socii, augurium atque extum interpretes,
postquam prodigium horrificum, portentum pavos*

20: *nam isti qui linguam avium intellegunt
plusque ex alieno iecore sapiunt quam ex suo,
magis audiendum quam auscultandum censeo*

28: *ossuum inhumatum aestuosam auram*

Dulorestes

1: *Delphos venum pecus egi, unde ad stabula haec itiner contuli*

3: *gnatam despondit, nuptiis hanc dat diem*

5: *pater Achaeos in Capherei saxis pleros perdidit*

10: *quid quod iam (ei mihi!)*

*piget paternum nomen, maternum pudet
profari*

11: *utinam nunc matrescam ingenio ut meum patrem ulcisci
[queam!]*

13: *extemplo Aegisthi fidem
nuncupantes conciebunt populum*

15: *responsa explanat: mandat ne matri fuat
cognoscendi umquam aut contuendi copia*

16: *heu, non tyrannum novi temeritudinem?*

25: *ni me calvitur suspicio,
hoc est illud quod fore occulte Oeax praedixit*

27: *nec grandiri frugum fetus posse nec mitiscere*

Hermiona

1: *obnoxium esse aut brutum aut elinguem putes*

2: *.. regni alieni cupiditas
pellexit*

3: *quid benefacta mei patris, cuius opera te esse ultum
autumant?*

5: *...quod tamen ipsa orbitas
grandaevitasque Pelei per penuriam
stirpis subaxet*

15: *quantamque ex discorditate cladem importem familiae*

16: *...sub iudicio quae omnes grados tetinerim*

17: *lamentas, fletus facere compendi licet*

22: *o flexamina atque omnium regina rerum oratio!*

Iliona

1: *ab eo...
depulsum mamma paedagogandum accipit
repotialis Liber*

4: *mater, te appello, tu quae curam somno suspensam levas
neque te mei miseret, surge et sepeli natum tuum prius
quam ferae volucresque...
neu reliquias sic meas sireis denudatis ossibus
per terram sanie delibutas foede divexarier*

8: *qua tempestate Helenam Paris innuptis iunxit nuptiis,
ego tum gravida expletis iam fere ad pariendum mensibus,
per idem tempus Polydorum Haecuba partu postremo parit*

9: *di me etsi perdunt, tamen esse adiutam expetunt,
quom prius quam intereo spatium ulciscendi danunt*

10: *quis deos infernos, quibus caelestis dignet decorare hostiis?*

15: *repugnanti ego porro hunc vi detraxi unguulum*

16: *usi honore, credo, Achivi hunc sceptrum patientur poti*

17: *paelici superstitiosae cum vecordi coniuge*

Medus

3: *te, Sol, invoco ut mihi potestatem duis
inquirendi mei parentis*

7: *quid tandem? ubi ea est? quo receptat?
exul incerta vagat*

8: *custodite hunc vos ne vim quis attolat neve attigat*

11: *mulier egregiissima forma*

12: *caelitem camilla, exoptata advenis: salve, hospita!*

13: *...postquam calamitas plures annos arvas calvitur*

17: *Aegialeo parentat pater*

19: *refugere oculi, corpus macie extabuit,
lacrimae peredere umore exanguis genas,
situm inter oris barba paedore horrida atque
intonsa infuscat pectus inlucie scabrum*

20: *sentio, pater, te vocis calvi similitudine*

21: *quis tu es, mulier, quae me insueto nuncupasti nomine?*

22: *set quid conspicio? Num me lactans calvitur
aetas?*

23: *coniugem
habui illum, Amor quem dederat qui plus pollet potiorque
[est patre*

24: *cum te expetebant omnes florentissimo
regno reliqui; nunc desertum ab omnibus
summo periculo sola ut restituam paro*

25: *populoque ut faustum sempiternae sospitent*

28: *repudio auspiciis: regrediendum est ilico*

Niptra

2: *cedo tuum pedem mi, lymphis flavis fulvum ut pulverem
manibus isdem quibus Ulixi saepe permulsi abluam
lassitudinemque minuam manuum mollitudine*

6: *quae meum venenis flexit socium pectora*

8: *vos hinc defensum patriam in pugnam baetite*

10: *eundem filios
sibi procreasse per Calypsonem autumant*

11: *(Ulixes) pedetemptim ac sedato nisu
ne succussu arripiat maior
dolor...
tu quoque, Ulixes, quamquam graviter
cernimus ictum, nimis paene animo es
mollis, qui consuetus in armis
aevum agere...*

Paulus

1: *pater supreme, nostrae progenii patris*

4: *nunc te obtestor, celere sancto subveni censorio!*

Periboea

1: *...metus egestas maeror senium exiliumque et senectus*

7: *patior facile iniuriam si est vacua a contumelia*

9: *gnato ordinem omnem, ut dederit se, enodat pater*

10: *costernare, anime, ex pectore hac et volvere
consilium subit omnes quod denata est modo
qui pacto inimicis mortem et huic vitam offeras*

13: *postquam est oneratus frugum et floris Liberi*

15: *regum imperator, aeternum deorum sator*

18: *tu, mulier, tege te et tuta templo Liberi*

22: *set nescioquidnam est: animus mi horrescit et gliscit
gaudium*

24: *...regnum potior, coniugem macto inferis*

27: *quamquam aetas senet, satis habeam virium ut te ara
arceam*

28: *neque tuum te ingenium moderat neque fraternum ira exi-
[lium levat?*

Teucer

1: *postquam defessus perrogitando advenas
fuit de gnatis neque quemquam invenit scium*

7: *Nerei repandirostrum incurvicervicum pecus*

11: *segregare abs te ausu's aut sine illo Salaminam ingredi neque
paternum aspectum es veritus quom aetate exacta,
[indigem*

*liberum, lacerasti orbasti extinxti, neque fratris necis
neque eius gnati parvi qui tibi in tutelam est traditus*

13: *nam Teucrum regi sapsa res restibillet*

18: *te repudio nec recipio, naturam ab dico: facesse!*

19: *patria est ubicumque est bene*

20: *flexanima tamquam lymphata aut Bacchi sacris
commota, in tumultis Teucrum commemorans suum*

22: *nisi coherceo
protervitatem atque hostio ferociam*

Fragmenta incertae fabulae

3: *nihilne ad te de iudicio armum accidit?*

13: *sed cum contendi nequitum vi, clam tendenda est plaga*

15: *...paulum repeda, gnate, a vestibulo gradum*

18: *...quid cessatis, socii, eicere spiras aparteas?*

19: *topper tecum sit potestas, faxsit; si mecum velit*

25: *miseret me, lacrimis lingua debiliter stupet*

28: *qui stirpem occidit meum*

29: *...quoniam ille interiit, imperium Cepheo
transmissum est*

33: *non tu alteri eius gnatam dignabis dare*

34: *uberes cives tantum oravere regem ut leges
suggerat sis pugnandi*

43: *ante templo
propter homine
praeter condemnatis*

Incerta vel pseudo-pacuviana

1: *adulescens, tametsi properas, te hoc saxum rogat
ut sese aspicias, deinde quod scriptum est legas:
hic sunt poetae Pacuvi Marci sita
ossa. hoc volebam nescius ne esses. vale*

8: *deinde adgrediar astu regem; manticulandum est hic mihi*

9: *machinam ordiris novam
manticula tactu an sanctiora dicis iurairanda*

11: *L. Cornelius Cn. f. Cn. n. Scipio.
magna sapientia multasque virtutes
aetate quom parva posidet hoc saxsum.
quoiei vita defecit, non honos, honore.
is hic situs quei nunquam victus est virtutei.
annos gnatus XX is l<oc>eis mandatus:
ne quairatis honore quei minus sit mandatus*

12: *qui merita hominem et servum facit*

PLAUTO

Amphitruo

Argumentum I

1 ss.: *In faciem versus Amphitruonis Iuppiter dum bellum
gereret cum Telebois hostibus Alcmenam uxorem cepit
usurariam*

8 ss.: *Hinc iurgium, tumultus uxori et viro, donec cum tonitru voce missa ex aethere adulterum se Iuppiter confessus est*

Argumentum II

1 ss.: *Amore captus Alcumenas Iuppiter mutavit sese in formam eius coniugis, pro patria Amphitruo dum decernit cum hostibus*

6 ss.: *atque invicem raptant pro moechis. Blepharo captus arbiter uter sit non quit Amphitruo decernere*

Prologus

11 ss.: *nam vos quidem id iam scitis concessum et datum mi esse ab dis aliis, nuntiis praesim et lucro, haec ut me voltis adprobare, adnitier, lucrum ut perenne vobis semper subpetat, ita huic facietis fabulae silentium itaque aequi et iusti hic eritis omnes arbitri*

19 ss.: *Iovi' iussu venio; nomen Mercurios mihi. Pater huc me misit ad vos oratum meus, tametsi pro imperio vobis quod dictum foret scibat facturos, quippe qui intellexerat vereri vos se et metuere, ita ut aequom est Iovem*

26 ss.: *Etenim ille quovis huc iussu venio Iuppiter non minu' quam vostrum quivis formidat malum: humana matre natus, humano patre, mirari non est aequom, sibi si praetimet. Atque ego quoque etiam, qui Iovis sum filius, contagione mei patris metuo malum*

33 ss.: *Iustam rem et facilem esse oratam a vobis volo. Nam iuste ab iustis iustus sum oratur datus; nam iniusta ab iustis*

impetrari non decet, iusta autem ab iniustis petere insipientia est, quippe illi iniqui ius ignorant neque tenent

40: *meruimus et ego et pater de vobis et re publica*

43 ss.: *commemorare quae bona vobis fecissent, quid benefactis meu' pater, deorum regnator, architectus<t> omnibus? Sed mos numquam illi fuit patri meo ut exprobraret quod bonis faceret boni; gratum arbitratur esse id a vobis sibi meritoque vobis bona se facere quae facit*

60 s.: *nam me perpetuo facere ut sit comoedia, reges quo veniant et di, non par arbitror*

64 ss.: *Nunc hoc me orare a vobis iussit Iuppiter, ut conquistores singula in subsellia erant per totam caveam spectatoribus. Si quoi favitores delegatos viderint, ut is in cavea pignus capiantur togae*

71 ss.: *sive [qui] ipse ambisset seu per internuntium-; sive adeo aediles perfidiose quoi duint; sirempse legem iussit esse Iuppiter, quasi magistratum sibi alterive ambiverit. Virtute dixit vos victores vivere, non ambitione neque perfidia; qui minus eadem histrioni sit lex quae summo viro?*

79 ss.: *Sat habet favitorum semper qui recte facit, si illis fides est quibus est ea res in manu. Hoc quoque etiam mihi in mandatis dedit, ut conquistores fierent histrionibus*

86 ss.: *Mirari nolim vos, quapropter Iuppiter nunc histriones curet. Ne miremini: ipse hanc acturust Iuppiter comoediam.*

*Quid admirati estis, quasi vero novom nunc proferatur, Iovem
facere histrioniam? Etiam histriones anno quom in proscaenio
hic Iovem invocarunt, venit, auxilio is fuit*

100 ss.: *Is nunc Amphitruo praefectus legionibus; nam cum
Telebois bellum est Thebano populo. Is priu' quam hinc abiit
ipsemet in exercitum, gravidam Alcumenam uxorem fecit suam*

107 ss.: *Is amare ocepit Alcumenam clam virum, usuramque
eius corporis cepit sibi, et gravidam fecit is eam compressu
suo*

111 ss.: *utrimque est grvida, et ex viro et ex summo Iove. Et
meu' pater nunc intus hic cum illa cubat, et haec ob eam rem
nox est facta longior*

118: *veterem atque antiquam rem novam ad vos proferam*

127: *atque ut ne qui essem familiares quaerent*

131: *Pater nunc intus suo animo morem gerit*

133 ss.: *Quae illi ad legionem facta sunt, memorat pater meus
Alcumenae. Illa illum censet virum suom esse, quae cum
moecho est. Ibi nunc meu' pater memorat legiones hostium ut
fugaverit, quo pacto sit donis donatus plurumis*

140: *Nunc hodie Amphitruo veniet huc ab exercitu*

146 s.: *Ea signa nemo horum familiarum videre poterit, verum
vos videbitis*

151 s.: *Adeste: erit operae pretium hic spectantibus Iovem et Mercurium facere histrioniam*

ACTUS I

155 ss.: *Quid faciam, nunc si tresviri me in carcerem compegerint? Ind' cras quasi e promptaria cella depromar ad flagrum, nec caussam liceat dicere mihi neque in ero quicquam auxili siet nec quisquam sit quin me omnes esse dignum deputent. Ita quasi incudem me miserum homines octo validi caedant*

168 ss.: *noctesque diesque adsiduo satis superque est quod facto aut dicto adest opus, quietu' ne sis. Ipse dominu' dives operis, [et] laboris expers quodquomque homini accidit lubere, posse retur; aequom esse putat, non reputat labori' quid sit; nec aequom anne iniquom imperet cogitabit. Ergo in servitute expetunt multa iniqua*

180 s.: *Sum vero verna verbero: numero mihi in mentem fuit dis advenientem gratias pro meritis agere atque adloqui?*

188 ss.: *victores victis hostibus legiones reveniunt domum duello extincto maxumo atque internecatis hostibus. Quod multa Thebano populo acerba obiecit funera, id vi et virtute militum victum atque expugnatum oppidum est, imperio atque auspicio eri mei Amphitruonis maxume: praeda atque agro adoriaque adfecit popularis suos, regique Thebano Creoni regnum stabilivit suom*

196: *ut gesserit rem publicam ductu, imperio, auspicio suo*

198: *Si dixero mendacium, solens meo more fecero*

205 ss.: *Eos legat; Telebois iubet sententiam ut dicant suam: si sine vi et sine bello velint rapta et raptores tradere, si quae asportassent reddere, se exercitum extemplo domum reducturum, abituros agró Argivos, pacem atque otium dare illis*

214 ss.: *respondent bello se et suos tutari posse, proinde uti propere de suis finibus exercitus deducerent. Haec ubi legati pertulere, Amphitruo castris ilico producit omnem exercitum; contra Teloboae ex oppido legiones educunt suas nimi' pulchris armis praeditas*

221 ss.: *nos nostras more nostro et modo instruximus legiones; item hostes contra legiones suas instruunt. Deinde utrique imperatores in medium exeunt, extra turbam ordinum conloquuntur simul. Convenit, victi utri sint eo proelio, urbem, agrum, aras, focos seque uti dederent*

229 ss.: *Imperator utrimque hinc et illinc Iovi vota suscipere, <utrimque> hortari exercitum. <Tum> pro se quisque id quod quisque potest et valet edit, ferro ferit; tela frangunt; boat coelum fremitu virum, ex spiritu atque anhelitu nebula constat; cadunt volneris vi et virium*

243: *ilico equites iubet dextera inducere*

246: *foedant et proterunt hostium copias lure iniustas*

250 ss.: *Perduelles penetrant se in fugam; ibi nostris animus additust. Vortentibus Telobois telis complebantur corpora, ipsusque Amphitruo regem Pterelam sua opruncavit manu*

256 ss.: *Postridie in castra ex urbe ad nos veniunt flentes principes, velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suom:*

deduntque se, divina humanaque omnia, urbem et liberos in dicionem atque in arbitratum cuncti Thebano populo. Post ob virtutem ero Amphitruoni patera donata aurea est qui Pterela potitare rex est solitus

267 ss.: decet et facta moresque huius habere me similis item. Itaque me malum esse oportet, callidum, astutum admodum, atque hunc telo suo sibi, malitia, a foribus pellere

275 ss.: nec Iugulae neque Vesperugo neque Vergiliae occidunt. Ita statim stant signa neque nox quoquam concedit die. Perge, Nox, ut occipisti; gere patri morem meo

279: Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo nisi item unam, verberatus quam pependi perpetem

284 ss.: Ain vero, verbero? deos esse tui similis putas? Ego pol te istis tuis pro dictis et malefactis, furcifer, accipiam

294: illic homo hoc denuo volt pallium detexere

296 s.: Perii, dentes pruriunt; certe advenientem hic me hospitio pugne<o> accepturus est

312: Hau malum huic est pondus pugno

314: nam continuas has tris noctes pervigilavi

316 ss.: Alia forma esse oportet, quem tu pugno legeris. Illic homo me interpolabit meumque os finget denuo. Exossatum os esse oportet, quem probe percusseris

327 s.: *Illic homo a me sibi malam rem arcessit iumento suo. Non equidem ullum habeo iumentum*

333 s.: *Hinc enim mihi dextra vos auris, ut videtur, verberat. Metuo vocis ne vice hodie hic vapulem, quae hunc verberat*

342 ss.: *Quid id exquiris tu, qui pugnis os exossas hominibus? Servo'sne an liber? Ut quomque animo conlibitum est meo. Aïn vero? Aio enim vero. Verbero!*

350 ss.: *Quid apud hasce aedis negoti est tibi? Immo quid tibi est? Rex Creo vigiles nocturnos singulos semper locat. Bene facit: quia nos eramus peregri, tutatust domi. At nunc abi sane, advenisse familiaris dicito. Nescio quam tu familiaris sis; nisi actutum hinc abis, familiaris, accipere faxo hau familiariter*

359 s.: *Quin me esse huius familiai familiarem praedico. Vide sis quam mox vapulare vis, nisi actutum hinc abis*

363 s.: *Quis erus est igitur tibi? Amphitruo, qui nunc praefectust Thebanis legionibus, quicum nupta est Alcumena*

373: *Tuam fidem opsecro!*

375: *nam pugnis usu fecisti tuom. Pro fidem, Thebani cives!*

377: *Ut esset quem tu pugnis caederes*

380: *Ita di faciant, ut tu potius sis atque ego te ut verberem!*

388: *Opsecro ut per pacem liceat te adloqui, ut ne vapulem*

391: *Tuae fidei credo?*

395: *Pacem feci, foedus feci, vera dico. Vapula*

405 ss.: *nonne me huc erus misit meum? Nonne ego nunc sto ante aedis nostras? non mihi est lanterna in manu?*

413 ss.: *Nam noctu hac soluta est navis nostra e portu Persico, et ubi Pterela rex regnavit oppidum expugnativimus, et legiones Teloboarum vi pugnando cepimus, et ipse Amphitruo opruncavit regem Pterelam in proelio*

423: *Cum quadrigis sol exoriens. Quid me captas, carnufex?*

425 s.: *Nam quod egomet solus feci nec quisquam alius adfuit in tabernaculo, id quidem hodie numquam poterit dicere*

434 ss.: *Quid ego ni negem, qui egomet siem? Per Iovem iuro me esse neque me falsum dicere. At ego per Mercurium iuro tibi Iovem non credere: nam iniurato scio plus credet mihi quam iurato tibi*

448: *Novi erum, novi aedis nostras; sane sapio et sentio*

451 ss.: *Quadrigas si nunc inscendas Iovis atque hinc fugias, ita vix poteris effugere infortunium. Nonne erae meae nuntiare quod erus meus iussit licet?*

455: *Di immortales, opsecro vostram fidem*

461 s.: *Quod ille faxit Iuppiter, ut ego hodie raso capite calvos capiam pilleum*

476: *Nam Amphitruo actutum uxori turbas conciet atque insimulabit eam probri*

480 s.: *hodie illa pariet filios geminos duos: alter decumo post mense nascetur puer quam seminatust, alter mense septumo*

489 s.: *et ne in suspicione ponatur stupri, et clandestina ut celetur consuetio*

494 s.: *nam deum non par videtur facere, delictum suom suamque [ut] culpam expetere in mortalem ut sinat*

501: *verum quod erit natum tollito*

527 s.: *Nunc, ne legio persentiscat, clam illuc redeundum est mihi, ne me uxorem praevertisse dicant prae re publica*

535: *Pterela rex qui potitavit, quem ego mea occidi manu, Alcumena, tibi condono*

ACTUS II

554 ss.: *Eccere, iam tuatim facis, ut tuis nulla apud te fides sit. Quid est? quomodo? iam quidem hercle ego tibi istam scelestam, scelus, linguam apscidam. Tuos sum*

563 s.: *Malum quod tibi di dabunt, atque ego hodie dabo. Istuc tibist in manu; nam tuos sum. Tun me, verbero, audes erum ludificari?*

570 s.: *Iuppiter te perdat! Quid mali sum, ere, tua ex re promeritus?*

589: *quoius ego hodie in tergum faxo ista expetant mendacia*

599: *Ordine omne, uti quidque actum est, dum apud hostis sedimus, edissertavit*

605 ss.: *Huic homini nescioquid est mali mala obiectum manu, postquam a me abiit. Fateor: nam sum optusus pugniss pessume. Quis te verberavit?*

610: *Tuos est servos*

632: *Utinam di faxint, infecta dicta re eveniant tua!*

638: *dum viri [mei] potestas videndi fuit noctem unam modo*

641a: *Sed hoc me beat saltem, quom perduellis vicit et domum laudis compos revenit*

650: *Libertas, salus, vita, res et parentes, patria et prognati tutantur, servantur*

655: *praesertim re gesta bene, victis hostibus*

670: *Ad aquam praebendam commodum adveni domum, decumo post mense, ut rationem te ductare intellego*

673: *numquam edepol tu mihi divini quicquam creduis post hunc diem*

684: *quasi qui nunc primum recipias te domum huc ex hostibus?*

690: *An te auspiciū commoratum est an tempestas continet, qui non ab<i>isti ad legiones, ita ut<i> dudum dixeras?*

703 ss.: *Non tu scis? Bacchae bacchanti si velis advorsarier, Ex insana insaniorem facis, feriet saepius. Si opsequare, una resolvas plaga. At pol qui certa res hanc est obiurgare, quae me hodie advenientem domum noluerit salutare*

733 ss.: *neque meum pedem huc intuli etiam in aedis, ut cum exercitu hinc profectus sum ad Teloboas hostis eosque ut vicimus*

740: *te prodigiali Iovi aut mola salsa hodie aut ture comprecata oportuit*

745: *Quipp' qui ex te audivi ut urbem maxumam expugnavisses regemque Pterelam tute occideris*

759: *Nego enim vero et me advenire nunc primum aio ad te domum*

764: *et ex tua accepi manu pateram*

788: *Vide sis signi quid siet, ne posterius in me culpam conferas*

793: *At cum cruciatum iam, nisi apparet, tuo*

798 ss.: *Ei mihi, iam tu quoque huius adiuvas insaniam? Ain heri nos advenisse huc? Aio, adveniēnsque ilico me salutavisti, et ego te, et osculum tetuli tibi*

812: *Perii miser, quia pudicitiae huius vitium me hinc absente est additum*

824: *Mihi quoque adsunt testes, qui illud quod ego dicam adsentiant*

831 ss.: *Per supremi regis regnum iuro et matrem familias lunonem, quam me vereri et metuere est par maxume, ut mihi extra unum te mortalis nemo corpus corpore contigit, quo me impudicam faceret*

839 ss.: *Non ego illam mihi dotem duco esse, quae dos dicitur, sed pudicitiam et pudorem et sedatum cupidinem, deum metum, parentum amorem et cognatum concordiam, tibi morigera atque ut munifica sim bonis, prosim probis*

845: *cave sis ne tu te usu perduis*

849 ss.: *responde mihi: quid si adduco tuom cognatum huc ab navi Naucratem, qui mecum una vectust una navi, atque is si denegat facta quae tu facta dicis, quid tibi aequom est fieri? Numquid caussam dicis, quin te hoc multem matrimonio? Si deliqui, nulla caussa est*

860: *Quicquid est, iam ex Naucrate cognato id cognoscam meo*

ACTUS III

869 ss.: *Simul Alcumenae, quam vir insontem probri Amphitruo accusat, veni ut auxilium feram. Nam mea sit culpa, quod egomet contraxerim, si id Alcumenae innocenti expetat*

918 s.: *Quin huc adducis meum cognatum Naucratem, testem quem dudum te adducturum dixeras, te huc non venisse?*

923 s.: *Per dexteram tuam te, Alcumena, oro opsecro, da mihi hanc veniam, ignosce, irata ne sies*

927 ss.: *Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas. luben mi ire comites? Sanan es? Si non iubes, ibo egomet; comitem mihi Pudicitiam duxero. Mane, arbitrato tuo ius iurandum dabo, me meam pudicam esse uxorem arbitrarier*

936: *nam ius iurandum verum te advorsum dedi*

946 s.: *lube vero vasa pura adornari mihi, ut quae apud legionem vota vovi, si domum rediissem salvos, ea ego exsolvam omnia*

966: *Ego rem divinam intus faciam, vota quae sunt*

968: *uti re divina facta mecum prandeat*

983: *atque ut ministres mi mihi quom sacrificem*

989: *ego sum lovi dicto audiens, eius iussu nunc huc me adfero*

991 s.: *Pater vocat me, eum sequor, eius dicto imperio sum audiens. Ut filium bonum patri esse oportet, itidem ego sum patri*

997 ss.: *Nunc Amphitruonem vult deludi meu' pater; faxo probe iam hic deludetur, spectatores, vobis <in>spectantibus. Capiam coronam mi in caput, adsimulabo me esse ebrium*

1002: *Deinde illi actutum sufferet suo' servos poenas Sosia*

1015 ss.: *Nunc domum ibo atque ex uxore hanc rem pergam exquirere, quis fuerit quem propter corpus suum stupri compleverit*

1022: *Tibi Iuppiter dique omnes irati certo sunt, qui sic frangas foris*

1029: *Verbero, etiam quis ego sim me rogitas, ulmorum Accheruns?*

1031: *Prodigum te fuisse oportet olim in adolescentia*

1033: *Cum cruciatu tuo haec hodie, verna, verba funditas. Sacrifico ego tibi*

Fragmenta

IV. *Optumo iure infringatur aula cineris in caput*

VII. *Exiuravisti te mihi dixisse per iocum*

VIII. *Quaeso, advenienti morbo medicari iube*

XV. *Manifestum hunc oportet collo teneo furti flagiti*

XVI. *Immo ego hunc, Thebani cives, qui domi uxorem meam impudicitia impedivit, teneo, thesaurum stupri*

XVIII. *clandestino*

ACTUS IV

1042 ss.: *Iam ad regem recta me ducam resque ut facta est eloquar. Ego pol illum ulciscar hodie Thessalum veneficum, qui pervorse perturbavit familiae mentem meae*

1048 s.: *Certumst, intro rumpam in aedis: ubi quemque hominem aspexero, si[ve] ancillam, seu servom, sive uxorem, sive adulterum*

ACTUS V

1053: *Spes atque opes vitae meae iacent sepultae in pectore*

1057: *Ita tanta mira in aedibus sunt facta*

1066: *Exurgite inquit qui terrore meo occidistis prae metu*

1073 s.: *Numnam hunc percussit Iuppiter? Credo edepol; nam pro Iuppiter! sepultust quasi sit mortuos*

1080: *In aedibus, tu ubi habitas, nimia mira vida*

1085: *At me uxor insanum facit suis foedis factis*

1088 ss.: *Omnium primum Alcumena geminos peperit filios. Ain tu, geminos? Geminos. Di me servant. Sine me dicere, ut scias tibi tuaeque uxori deos esse omnis propitios*

1099 ss.: *Dum haec aguntur, interea uxorem tuam neque gementem neque plorantem nostrum quisquam audivimus; ita profecto sine dolore peperit*

1105 ss.: *Nimia mira memoras. Si istaec vera sunt, divinitus non metuo quin meae uxori latae suppetiae sient. Magi' iam faxo mira dices*

1117 ss.: *Mira memoras; nimi' formidolosum facinus praedicas. Nam mihi horror membra misero percipit dictis tuis. Quid fit deinde? porro loquere. Puer ambo anguis enicat*

1126 s.: *Abi domum, iube vasa pura actutum adornari mihi, Ut Iovis supremi multis hostiis pacem expetam*

1130: *Di, opsecro vostram fidem!*

1132: *hariolos, haruspices mitte omnis*

Asinaria

Argumentum

1 ss.: *Amanti argento filio auxiliarier sub imperio vivens volt senex uxorio; itaque ob asinos relatam pretium Saureae numerari iussit servo<lo> Leonidae*

Prologus

4: *Face nunciam tu, praeco, omnem auritum poplum*

ACTUS I

23 s.: *Per Dium Fidium quaeris: iurato mihi video necesse esse eloqui quidquid roges*

33 ss.: *Ubi flent nequam homines qui polentam pinsitant. Apud fustitudinas, ferricrepinas insulas, ubi vivos homines mortui incursant boves*

40: *Fiat, geratur mos tibi*

45: *Di tibi dent quaecumque optes*

55: *Ea res est. Sed eum morbus invasit gravis. Quid morbi est?*

64 s.: *Omnes parentes, Libane, liberis suis, qui mi auscultabunt, facient obsequellam quippe qui mage amico utantur gnato et benevolo*

69: *qui causa mea naucleri<c>o ipse ornatu per fallaciam quam amabam abduxit ab lenone mulierem*

73: *Eos me decretumst persequi mores patris*

85 ss.: *Dotalem servom Sauream uxor tua <tibi> adduxit, cui plus in manu sit quam tibi. Argentum accepi, dote imperium vendidi*

91: *Unde gentium? Me defraudato*

105 ss.: *Si forte in insidias devenero, tun redimes me, si me hostes interceperint? Redimam. Tum tu igitur aliud cura quid lubet. Ego eo ad forum, nisi quid vis*

116: *Apud Arcibulum ego ero argentarium. Nempe in foro?*

125 s.: *Sed quid ego cesso ire ad forum, quo inceperam? <ibo> atque ibo manebo apud argentarium*

130 ss.: *nunciam ex hoc loco ibo ego ad tris viros vestraque ibi nomina faxo erunt, capitis te perdam ego et filiam, perlecebrae, pernities, adulescentum exitium*

147 s.: *tuo facit iussu, tuo imperio paret: mater tu, eadem era es. Te ego ulciscar, te ego ut digna es perdam atque ut de me meres*

153 ss.: *Unum quodque istorum verbum nummis Pilippeis aureis non potest auferre hinc a me si quis emptor venerit; nec recte quae tu in nos dicis, aurum atque argentum merumst*

162: *Magis istuc percipimus lingua dici quam factis fore*

166: *semper tibi promissum habeto hac lege, dum superes datis*

171 s.: *Et tibi ego misi mulierem: par pari datum hostimentumst, opera pro pecunia*

182: *neque ille scit quid det, quid damni faciat*

187: *Perdidici istaec esse vera damno cum magno meo*

190: *Non meum est*

192 ss.: *Quia nobis lucro fuisti potius quam decori tibi, si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum, hanc tibi noctem honoris causa gratiis dono dabo*

198 ss.: *Diem, aquam, solem, lunam, noctem haec argento non emo: cetera quae volumus <nos> uti, Graeca mercamur fide. Quom a pistore panem petimus, vinum ex oenopolio, si aes habent, dant mercem: eadem nos disciplina utimur*

218: *necesse est facere sumptum qui quaerit lucrum*

227: *Tua ista culpa est, quae discipulum semidoctum abs te amoves*

231: *Tune? viginti minas; atque ea lege: si alius ad me prius attulerit, tu vale*

234 s.: *sed in leges meas dabo, ut<i> scire possis, perpetuum annum hunc mihi uti serviat*

238 s.: *Postremo ut voles nos esse, sungrapum facito adferas; ut voles, ut tibi lubebit, nobis legem imponito*

243 ss.: *Interii si non invenio ego illas viginti minas, et profecto, nisi illud perdo argentum, pereundum est mihi. Nunc pergam ad forum atque experiar opibus, omni copia, supplicabo, exobsecrabo ut quemque amicum videro, dignos, indignos adire atque experiri certumst mihi, nam si mutuas non potero, certumst sumam fenore*

ACTUS II

256 s.: *Serva erum, cave tu idem faxis alii quod servi solent, qui ad eri fraudationem callidum ingenium gerunt*

259 ss.: *Inpetritum, inauguratumst: quovis a<d>mittunt aves, picus et cornix [est] ab laeva, corvos, parra ab dextera consuadent; certum herclest vestram consequi sententiam*

263 s.: *Certe hercle ego quantum ex augurio auspici<oque> intellego, aut mihi in mundo sunt virgae aut atriensi Saureae*

269 ss.: *Maximam praedam et triumphum eis adfero adventu meo, quando mecum pariter potant, pariter scortari solent, hanc quidem quam nactus praedam pariter cum illis partiam. Illic homo aedis compilavit, more si fecit suo*

276 s.: *Etiam de tergo ducentas plagas praegnatis dabo. Largitur peculium: omnem in tergo tesaaurum gerit*

284 ss.: *adeo ut aetatem ambo ambobus nobis sint obnoxii, nostro devincti beneficio. Vinctos nescioquos ait; non placet: metuo in commune ne quam fraudem frausus sit*

289: *Non placet: pro monstro extemplo est quando qui sudat tremit*

292 ss.: *Edepol hominem infelicem, qui patronam conprimat. Nam si quid sceleste fecit, lingua pro illo perierat. Adproperabo, ne post tempus praedae praesidium parem. Quae illaec praeda est?*

297 ss.: *Quid agis, custos carceris? O catenarum colone. O virgarum lascivia. Quot pondo ted esse censes nudum? Non edepol scio. Scibam ego te nescire, at pol ego qui te<d> expendi scio: nudus vinctus centum pondo es, quando pendes per pedes*

303 ss.: *Ad pedes quando adligatumst aequom centumpondium, ubi manus manicae complexae sunt atque adductae ad trabem, nec dependes nec propendes, quin malus nequamque sis. Vae tibi! Istuc testamento Servitus legat sibi. Verbis velitationem fieri compendi volo. Quid istuc est negoti?*

317 s.: *Magna est praeda cum magno malo. Si quidem omnes coniurati cruciamenta conferant, habeo opinor familiarem tergum, ne quaeram foris*

322: *pernegabo atque obdurabo, periurabo denique*

327 ss.: *Age, age, mansero tuo arbitrato, vel adeo usque dum peris. Ubinam est erus?*

354 s.: *Te non aequom est suscensere. Si erum vis Demaenetum, quem ego novi, adduce: argentum non morabor quin feras*

365: *Iussit vel nos atriensem vel nos uxorem suam defraudare, dixit sese operam promiscam dare*

372: *Pugno malam si tibi percussero, mox cum Sauream imitabor, caveto ne suscenseas*

384: *Quis nostras sic frangit foris?*

386: *Nolo ego foris conservas meas a te verberarier*

396: *Argenti viginti minas, si adesset, accepisset. Qui pro istuc? Asinos vendidit Pellaeo mercatori mercatu*

404: *Quisque obviam huic occesserit irato, vapulabit*

406: *si med iratus tetigerit, iratus vapulabit*

412: *Libanum libertum? iam manu emissu's? Opsecro te*

416 ss.: *Tu, verbero, imperium meum contempsisti? Perii, hospes! Quaeso hercle noli, Saurea, mea causa hunc verberare. Utinam nunc stimulus in manu mihi sit...*

428 ss.: *Quia triduum hoc unum modo foro operam adsiduam dedo, dum reperiar qui quaeritet argentum in fenus, hic vos dormitis interea domi atque erus in hara, haud aedibus, habitat*

431: *Hospes, te obsecro, defende*

440 s.: *adducit domum etiam ultro et scribit nummos. Dromo mercedem rettulit? Dimidio minus opinor*

442 s.: *Aibat reddere quom extemplo redditum esset; nam retineri, ut quod sit sibi operis locatum efficeret*

451: *Quaeso, ne vitio vortas, ita iracundia obstitit oculis*

453 s.: *Verum istuc argentum tamen mihi si vis denumerare, repromittam istoc nomine solutam rem futuram*

458: *nam si sciat noster senex fidem non esse huic habitam, suscenseat*

460: *Ne duit, si non vult*

464: *Peregrinus ego sum*

465: *Si is est, eum esse oportet*

478 ss.: *Vapula. Id quidem tibi hercle fiet ut vapules, Demaenetum simulac conspexero hodie. In ius voco te. Non eo. Non is? memento. Memini. Dabitur pol supplicium mihi de tergo vostro*

483 ss.: *Tibi quidem supplicium, carnufex, de nobis detur? Atque etiam pro dictis vestris maledic[t]is poenae pendentur mi hodie. Quid, verbero? ain tu, furcifer? erum nos[met] fugitare censes? Ei nunciam ad erum, quo vocas, iam dudum quo volebas. Nunc demum? tamen numquam hinc feres argenti nummum, nisi me dare iusserit Demaenetus*

489: *Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur?*

491: *nemo etiam me accusavit merito meo*

496 ss.: *Scibam huic te capitulo hodie facturum satis pro iniuria; quamquam ego sum sordidatus, frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari*

ACTUS III

504 ss.: *Nequeon ego ted interdictis facere mansuetum meis? An ita tu es animata ut qui expers matris imperii<s> sies? Ubi piem Pietatem, si istoc more moratam tibi postulem placere, mater mihi quo pacto praecipis?*

514: *Neque edepol te accuso neque id me facere fas existimo*

529: *An te id exspectare oportet, si quis promittat tibi te facturum divitem, si mori<a>tur mater sua?*

540: *Etiam opilio qui pascit, mater, alienas ovis, aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam*

549 ss.: *qui advorsum stimulos, lamminas crucesque [conpedesque, nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias, inductoresque acerrumos gnarosque nostri tergi qui saepe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt, ***** eae nunc legiones, copiae exercitusque eorum vi pugnando, periuriis nostris fugae potiti*

561 ss.: *ubi fidentem fraudaveris, ubi ero infidelis fueris, ubi verbis conceptis sciens libenter periuraris, ubi parietes perfoderis, in furto ubi sis prehensus*

568 ss.: *ubi sciens fideli infidus fueris, ubi prensus in furto sies manifesto et verberatus, ubi periuraris, ubi sacro manus sis admolitus, ubi eris damno <et> molestiae et dedecori saepe fueris, ubi creditum quod sit tibi datum esse pernegaris, ubi amicae quam amico tuo fueris magis fidelis, ubi saepe ad languorem tua durtia dederis octo validos lictores, ulmeis adfectos lentis virgis*

583 s.: *Nimis aegre risum contin[u]i, ubi hospitem inclamavit, quod se<se> absente mihi fidem habere nolisset*

590: *Qui verberarem asinos, si forte occeperint clamare hinc ex crumina*

593: *Salvere me iubes, quoi tu abiens offers morbum?*

599 ss.: *nunc enim esse negotiosum interdus videlicet Solonem, leges ut conscribat quibus se populus teneat. Gerrae! Qui sese parere apparent huius legibus, profecto numquam bonae frugi sient, dies noctesque potent*

612 s.: *Nam quid me facturam putas, si istuc quod dicis faxis? certumst mihi efficere in me omnia eadem quae tu in te faxis*

622: *Patronus qui vobis fuit futurus, perdidistis*

625: *Verbum cave faxis, verbero*

629: *Tun verberes, qui pro cibo habeas te verberari?*

633 s.: *Argenti viginti minae me<d> ad mortem appulerunt, quas hodie adulescens Diabolus ipsi daturus dixit*

638: *Iam dedit argentum? Non dedit*

650 ss.: *Primum omnium servos tuos nos esse non negamus: sed tibi si viginti minae argenti proferentur, quo nos vocabis nomine? Libertos. Non patronos? Id potius. Viginti minae hic insunt in crumina, has ego, si vis, tibi dabo. Di te servassint semper, custos erilis, decus populi, tensus copiarum, salus interior corporis amorisque imperator*

669 ss.: *Ten osculetur, verbero? Quam vero indignum visum est? Atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur*

673: *redime istoc beneficio te ab hoc, et tibi eme hunc isto argento*

678: *Furcifer, etiam me delusisti? Numquam hercle facerem, genua ni tam nequitur fricares*

689: *O Libane, mi[hi] patrone, mihi trade istuc. Magis decorumst libertum potius quam patronum onus in via portare*

708 s.: *Nam iam calcari quadrupedo agitabo advorsum clivom, post<id>ea ad pistoros dabo, ut ibi cruciere currens*

712 s.: *Si quidem mihi aram et statuam statuis atque ut deo mihi hic immolas bovem: nam ego tibi Salus sum*

735: *has tibi nos pactis legibus dare iussit*

ACTUS IV

746 ss.: *Agedum istum ostende quem conscrips[is]ti sungrapum inter me et amicam et lenam. Leges pellege; nam tu poeta es prosus ad eam rem unicus. Horrescet faxo lena, leges cum audiet*

757: *Quod illa aut amicum aut patronum nominet*

761 ss.: *Aut quod illa dicat peregre allatam epistulam, ne epistula quidem ulla sit in aedibus nec cerata adeo tabula*

765: *ni in quadriduo abalienarit, quo abs te argentum acceperit, tuus arbitratus sit, comburas, si velis, ne illi sit cera ubi facere possit litteras*

785 s.: *Post si lucerna extincta sit, ne quid sui membri commoveat quicquam in tenebris*

793: *Neque ullum verbum faciat perplexabile, neque ulla lingua sciat loqui nisi Attica*

799 ss.: *Nec mater lena ad vinum accedat interim, nec ulli verbo male dicat. Si dixerit, haec multa ei esto, vino viginti dies ut careat. Pulcre scripsti: scitum sungrapum*

809: *Placent profecto leges*

824 ss.: *Tu ergo fac ut illi turbas, lites concias, cum suo sibi gnato unam ad amicam de die potare, illam expilare*

ACTUS V

836: *Pol ego utrumque facio, ut aequom est filium*

838: *Putem ego, quem videam aequae maestum ut quasi dies si dicta sit?*

847 s.: *Unum hunc diem perpetere, quoniam tibi potestatem dedi cum hac annum ut esses, atque amanti argenti feci copiam*

854 s.: *Neque divini neque mi humani posthac quicquam accreduas, Artemona, si huius rei me mendacem esse inveneris*

871 ss.: *Ego censeo eum etiam hominem <aut> in senatu dare operam aut clientibus, ibi labore delassatum noctem totam stertere; ille opere foris faciendo lassus noctu <ad me> advenit; fundum alienum arat, incultum familiarem deserit*

876: *iam faxo ipsum hominem manifesto opprimas*

888 s.: *Ille ecastor suppilabat me, quod ancillas meas suspicabar atque insontis miseras cruciabam*

902 s.: *Ne illa ecastor fenerato funditat: nam si domum redierit hodie, osculando ego ulciscar potissimum*

932: *Istoscine patrem aequom est mores liberis largirier?*

937: *Male cubandum est: iudicatum me uxor abducit domum*

945: *quin ubi quicque occasionis sit sibi faciat bene*

Aulularia

Argumentum I

5 ss.: *Interea senex Megadorus a sorore suasus ducere uxorem avari gnatam deponcit sibi*

Prologus

2 ss.: *Ego Lar sum familiaris ex hac familia unde exeuntem me aspexistis. Hanc domum iam multos annos est cum possideo et colo patri avoque iam huius qui nunc hic habet*

6: *Sed mihi avos huius obsecrans concredidit auri thensaurum clam omnis*

36: *qui illam stupravit noctu, Cereris vigiliis*

39: *Credo aurum inspicere volt, ne subruptum siet*

ACTUS I

62: *ne mi ex insidiis verba imprudenti duit*

68 s.: *Noenum mecastor quid ego ero dicam meo malae rei evenisse quamve insaniam, queo comminisci*

74: *Neque iam quo pacto celem erilis filiae probrum*

85 s.: *Mirum quin tua me causa faciat Iuppiter Philippum regem aut Dareum, trivenefica*

88: *Pauper sum; fateor, patior; quod di dant fero*

107 s.: *Nam noster nostrae qui est magister curiae dividere argenti dixit nummos in viros*

111 s.: *Nam non est veri simile, hominem pauperem pauxillum parvi facere quin nummum petat*

ACTUS II

120 ss.: *Velim te arbitrari med haec verba, frater, mei fidei tuaique rei caussa facere, ut aequom est germanam sororem*

137: *Tune ais? Si negas, nego*

140: *Idem ego arbitror*

146: *Soror, more tuo facis*

148 s.: *Quod tibi sempiternum salutare sit: liberis procreandis (ita di faxint) volo te uxorem domum ducere. Ei occidi*

154 ss.: *Ut quidem emoriar prius quam ducam, sed his legibus si quam dare vis ducam: quae cras veniat, perendie foras feratur; his legibus quam dare vis, cedo: nuptias adorna. Cum maxima possum tibi, frater, dare dote sed est grandior natu*

162 ss.: *Post mediam aetatem qui media ducit uxorem domum, si eam senex anum praegnatem fortuito fecerit, quin dubitas, quid sit paratum nomen puero Postumus?*

166: *Ego virtute deum et maiorum nostrorum dives sum satis*

170: *Dic mihi, quaeso, quis ea est, quam vis ducere uxorem?*

173 ss.: *Eius cupio filiam virginem mihi desponderi. Verba ne facias, soror. Scio quid dictura es: hanc esse pauperem. Haec pauper placet. Di bene vortant*

179 s.: *nam neque quisquam curialium venit neque magister quem dividere argentum oportuit*

184: *Non temerarium est, ubi dives blande appellat pauperem*

186: *Pol ego haud perbene a pecunia*

189: *cui ego iam linguam praecidam atque oculos effodiam domi*

190 s.: *Meam pauperiem conqueror. Virginem habeo grandem, dote cassam atque inlocabilem, neque eam queo locare cuiquam*

194: *Nunc petit, cum pollicetur; inhiat aurum ut devoret*

196: *Nemini credo qui large blandust dives pauperi*

202: *Nunc hic eam rem volt, scio, mecum adire ad pactionem*

204 ss.: *Credo edepol, ubi mentionem ego fecero de filia, mi ut despondeat, sese a me derideri rebitur; neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate parciior. Di me servant, salva res est*

213 ss.: *Quid fide? Bona. Quid factis? Neque malis neque improbis. Aetatem meam scis? Scio esse grandem, item ut pecuniam. Certe edepol equidem te civem sine mala omni malitia semper sum arbitratus et nunc arbitror*

219: *filiam tuam mi uxorem posco. Promitte hoc fore*

221 s.: *ut inopem atque innoxium abs te atque abs tuis me inrideas. Nam de te neque re neque verbis merui ut faceres quod facis*

226 ss.: *Venit hoc mihi, Megadore, in mentem, ted esse hominem divitem, factiosum, me autem esse hominem pauperum pauperrimum; nunc si filiam locassim meam tibi, in mentem venit te bovem esse et me esse asellum*

234 s.: *asini me mordicibus scindant, boves incursent cornibus. Hoc magnum est periculum, ab asinis ad boves transcendere*

237 ss.: *Tu condicionem hanc accipe, ausculta mihi, atque eam desponde mi. At nihil est dotis quod dem. Ne duas. Dum modo morata recte veniat, dotata est satis*

241 ss.: *Desponde. Fiat. Sed pro Iuppiter, num ego disperii? Quid tibi est? Quid crepuit quasi ferrum modo? Hic apud me hortum confodere iussi*

245 ss.: *more hominum facit; nam si opulentus ita petitem pauperioris gratiam, pauper metuit congregari, per metum male rem gerit*

250 s.: *Si hercle ego te non elinguendam dederam usque ad radicibus, impero auctorque <ego> sum, ut me cuius castrum loces*

255 ss.: *Quid nunc? Etiam mihi despondes filiam? Illis legibus, cum illa dote quam tibi dixi. Sponden ergo? Spondeo. Di bene vertant. Ita di faxint. Illud facito ut memineris, convenisse ut ne quid dotis mea ad te afferret filia*

259 s.: *At scio quo vos soleatis pacto perplexari: pactum non pactum est, non pactum pactum est, quod vobis lubet*

265: *Di immortales, obsecro, aurum quid valet*

267 ss.: *Id inhiat, ea affinitatem hanc obstinavit gratia. Ubi tu es, quae deblateravisti iam vicinis omnibus, meae me filiae daturum dotem? Heus, Staphyla, te voco*

271: *filiam despondi ego: hodie huic nuptum Megadoro dabo. Di bene vortant*

275 s.: *nunc nobis prope adest exitium, mi atque erili filiae, nunc probrum atque partitudo prope adest ut fiat palam*

289: *Sed erus nuptias meus hodie faciet. Cuius ducit filiam?*

295 s.: *Hic non poterat de suo senex obsonari filiai nuptiis?
Vah. Quid negotist? Quid negoti sit rogas?*

300 s.: *Quin divom atque hominum clamat continuo fidem,
de suo tigillo fumus si qua exit foras*

308 ss.: *Aquam hercle plorat, cum lavat, profundere. Censen
talentum magnum exorari pote ab istoc sene ut det, qui fiamus
liberi?*

316 ss.: *Pulmentum pridem ei eripuit miluos: homo ad
praetorem plorabundus devenit; infit ibi postulare plorans,
eiulans, ut sibi liceret miluom vadariet*

322 ss.: *Cocum ego, non furem rogo. Cocum ergo dico. Quid
tu ais? Sic sum ut vides. Cocus ille nundinalest, in nonum diem
solet ire coctum. Tun, trium litterarum homo, me vituperas?
fur. Etiam fur, trifurcifer*

331: *Heracle iniuria dispertivisti: pinguiorem agnum isti habent*

346: *coqui abstulerunt, comprehendite, vincite, verberate, in
puteum condite*

354: *Cererin, Pythodice, has sunt facturi nuptias?*

360 s.: *Quamquam Volcano studes, cenaene caussa aut tuae
mercedis gratia nos nostra aedis postulas comburere?*

367 s.: *Si autem deorsum comedent, si quid coxerint, superi incenati sunt et cenati inferi. Sed verba hic facio, quasi negoti nil siet, rapacidarum ubi tantum sit in aedibus*

372 s.: *ut bene me haberem filiai nuptiis. Venio ad macellum, rogito pisces*

376: *Atque eo fuerunt cariora, aes non erat*

380: *festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris*

383 ss.: *accessit animus ad meam sententiam, quam minimo sumptu filiam ut nuptum darem. Nunc tusculum emi hoc et coronas floreas: haec imponentur in foco nostro Lari, ut fortunatas faciat gnatae nuptias*

392 ss.: *Aurum rapitur, aula quaeritur. [Nimirum occidor, nisi ego intro huc propere propero currere] Apollo, quaeso, subveni mi atque adiuva, confige sagittis fures thensaurarios*

398: *Dromo, desquama piscis*

ACTUS III

406 ss.: *Attatae, cives, populares, incolae, accolae, advenae omnes, date viam qua fugere liceat, facite totae plateae pateant. Neque ego umquam nisi hodie ad Bacchas veni in bacchanal coquinatum, ita me miserum et meos discipulos fustibus male contuderunt*

413 s.: *Attat, perii hercle ego miser, aperit bacchanal, adest, sequitur*

416 s.: *Quia ad tris viros iam ego deferam nomen tuom. Quam ob rem? Quia cultrum habes*

420 ss.: *neque quoi ego de industria amplius male plus libens faxim. Pol etsi taceas, palam id quidem est: res ipsa testist; ita fustibus sum mollior magis quam ullus cinaedus*

428 ss.: *Sed in aedibus quid tibi meis nam erat negoti me absente, nisi ego iusseram? volo scire. Tace ergo. Quia venimus coctum ad nuptias. Quid tu, malum, curas, utrum crudum an coctum ego edim, nisi tu mi es tutor?*

456 ss.: *Heus, senex, pro vapulando hercle ego aps te mercedem petam. Coctum ego, non vapulatum, dudum conductus fui. Lege agito mecum. Molestus ne sis. I et cenam coque, aut abi in malum cruciatum ab aedibus*

460 ss.: *Di immortales, facinus audax incipit qui cum opulento pauper homine rem habet aut negotium: veluti Megadorus temptat me omnibus miserum modis, qui simulavit mei honoris mittere huc caussa coquos: is ea caussa misit, hoc qui surriperent misero mihi. Condigne etiam meus med intus gallus gallinacius, qui erat anu peculiaris, perdidit paenissime*

469: *capio fustem, obtrunco gallum, furem manifestarium*

472 s.: *Quid opust verbis? Facta est pugna in gallo gallinacio. Sed Megadorus meus affinis eccum incedit a foro*

478 ss.: *Nam meo quidem animo si idem faciant ceteri opulentiores, pauperiorum filias ut indotatas ducant uxores domum, et multo fiat civitas concordior, et invidia nos minore utamur quam utimur*

488 ss.: *neque lex neque sutor capere est qui possit modum. Namque hoc qui dicat 'quo illae nubent divites dotatae, si istud ius pauperibus ponitur?' Quo lubeant, nubant, dum dos ne fiat comes. Hoc si ita fiat, mores meliores sibi parent, pro dote quos ferant, quam nunc ferunt. Ego faxim muli, pretio qui superant equos, sint viliores Gallicis cantheriis*

498 s.: *Nulla igitur dicat 'equidem dotem ad te adtuli maiorem multo quam tibi erat pecunia'*

503 s.: *Ut matronarum hic facta pernovit probe! Moribus praefectum mulierum hunc factum velim*

520 ss.: *Ducuntur, datur aes. Iam absolutos censeas, cum incedunt infectores corcotarii, aut aliqua mala crux semper est, quae aliquid petat. Compellarem ego illum, ni metuam ne desinat memorare mores mulierum*

525 ss.: *Ubi nugivendis res soluta est omnibus, ibi ad postremum cedit miles, aes petit. Itur, putatur ratio cum argentario; miles inpransus astat, aes censet dari. Ubi disputata est ratio cum argentario, etiam ipse ultro debet argentario: spes prorogatur militi in alium diem*

534 ss.: *Nam quae indotata est, ea in potestate est viri; dotatae mactant et malo et damno viros. Sed eccum adfinem ante aedes*

539 s.: *Tamen meo quidem animo aliquanto facias rectius, si nitidor sis filiae nuptiis*

545 s.: *...di faciant ut siet plus plusque istuc sospitent quod nunc habes*

549 s.: *quid tu te solus e senatu sevocas? Pol ego ut te accusem merito meditabar*

560: *Pol vel legioni sat est. Etiam agnum misi*

565 s.: *Quin exta inspicere in sole ei vivo licet: ita is pellucet quasi lanterna Punica*

578 s.: *Ego faxo et operam et vinum perdiderit simul. Ego, nisi quid me vis, eo lavatum, ut sacrificem*

586: *Ibo ad te fretus tua, Fides, fiducia*

ACTUS IV

589 ss.: *Nam qui ero ex sententia servire servos postulat, in erum matura, in sera condecet capessere. Sin dormitet, ita dormitet, servom sese ut cogitet. Nam qui amanti ero servitutum servit, quasi ego servio, si erum videt superare amorem, hoc servi esse officium reor, retinere ad salutem, non enim quo incumbat eo impellere*

601 ss.: *Qui ea curabit, abstinebit censione bubula, nec sua opera rediget umquam in splendorem compedes. Nunc erus meus amat filiam huius Euclionis pauperis*

606: *Nunc sine omni suspicione in ara hic adsidam sacra*

610 ss.: *Edepol ne illic pulchram praedam agat, si quis illam invenerit aulam onustam auri; verum id te quaeso ut prohibeas, Fides. Nunc lavabo, ut rem divinam faciam, ne affinem morer quin, ubi accersat, meam extemplo filiam ducat domum. Vide, Fides, etiam atque etiam nunc, salvam ut aulam abs te auferam: tuae fidei concredidi aurum, in tuo luco et fano est situm. Di immortales, quod ego hunc hominem facinus audivi loqui: se aulam onustam auri abstrusisse hic intus in fano Fidei*

632 s.: *Quid me adflictas? quid me raptas? qua me causa verberas? Verberabilissime, etiam rogitas, non fur, sed trifur?*

642 s.: *Laruae hunc atque intemperiae insaniaeque agitant senem. Facisne iniuriam mihi?*

649: *Novi sycophantias. Age rusum ostende huc manum dexteram*

653 s.: *Id meum, quidquid habes, redde. Insanis: perscrutatus es tuo arbitratu, neque tui me quicquam invenisti penes*

658: *Iuppiter te dique perdant*

667: *Fidei censebam maxumam multo fidem esse*

672: *nam quod edit tam duim quam perduim*

676 ss.: *Certumst, Silvano potius credam quam Fidei. Euge, euge, di me salvom et servatum volunt. Iam ego illuc*

praecurram atque incendam aliquam in arborem indeque observabo, aurum ubi abstrudat senex

683 ss.: *Nunc te obsecro resecroque, mater, quod dudum obsecraveram: fac mentionem cum avonculo, mater mea*

692: *Iuno Lucina, tuam fidem!*

699 s.: *si mihi dat operam, me illi irasci iniurium est. Ibo intro, ubi de capite meo sunt comitia*

713: *Perii interii occidi*

715 s.: *Opsecro vos ego, mi auxilio, oro obtestor, sitis et hominem demonstratis, quis eam abstulerit*

720: *Hem, nemo habet horum? occidisti*

722 s.: *tantum gemitu et mali maestitiaeque hic dies mi optulit, famem et pauperiem*

737 ss.: *Deus impulsor mihi fuit, is me ad illam inlexit. Quo modo? Fateor peccavisse et me culpam commeritum scio*

741 ss.: *fieri infectum non potest. Deos credo voluisse; nam ni vellent, non fieret, scio. At ego deos credo voluisse ut apud me te in nervo enicem*

747 s.: *Nam si istuc ius est ut tu istuc excusare possies, luci claro deripiamus aurum matronis palam*

754 ss.: *Tu illam scibas non tuam esse: non attactam oportuit. Ergo quia sum tangere ausus, haud causificor quin eam ego habeam potissimum. Tun habeas me invito meam? Haud te invito postulo; sed meam esse oportere arbitror. Quin tu iam invenies, inquam, meam illam esse oportere, Euclio. Iam quidem hercle te ad praetorem rapiam et tibi scribam dicam, nisi refers*

768 s.: *Tam etsi fur mihi es, molestus non ero. I vero, refer. Sanus tu non es qui furem me voces*

772: *Dic bona fide: tu id aurum non surripuisti?*

776: *Tum me faciat quod volt magnus Iuppiter*

783 ss.: *Eam tu despondisti, opinor, meo avonculo. Omnem rem tenes. Is me nunc renuntiare repudium iussit tibi. Repudium rebus paratis, exornatis nuptiis? Ut illum di immortales omnes deaeque quantum est perduint, quem propter hodie auri tantum perdididi infelix, miser*

787 s.: *...ita di faxint, inquito. Ita di faciant. Et mihi ita di faciant*

790 ss.: *Qui homo culpam admisit in se, nullust tam parvi preti, quom pudeat, quin purget sese. Nunc te obtestor, Euclio, ut si quid ego erga te imprudens peccavi aut gnatum tuam, ut mi ignoscas eamque uxorem mihi des, ut leges iubent. Ego me iniuriam fecisse filiae fateor tuae, Cereris vigiliis, per vinum atque impulsu adulescentiae*

798 s.: *Nam tua gnata peperit, decumo mense post: numerum cape; Ea re repudium remisit avonculus causa mea*

ACTUS V

808: *Di immortales, quibus et quantis me donatis gaudiis*

815 ss.: *Quin ego illi me invenisse dico hanc praedam? [Atque eloquar,] igitur orabo ut manu me emittat*

823 ss.: *Ubi id est aurum? In arca apud me. Nunc volo me emitti manu. Egone te emittam manu, scelerum cumulatissime?*

Bacchides

ACTUS I

Fragmenta

II *Vincla, virgae, molae: saevitudo mala fit peior*

VII **Latronem* suam qui auro vitam venditat*

X *nec <a> quoquam acciperes alio mercedem annuam nisi ab sese*

XVII *Quae sodalem atque me exercitos habet*

XVIII *Nam credo cuivis excantare cor potes*

XIX *Sin lenocinium forte conlibitum est tibi, videas mercedis quid tibi est aequum dari, ne istac aetate me sectere gratiis*

45 s.: *Ut revehatur domum, ubi ei dediderit operas, ne hanc ille habeat pro ancilla sibi; nam si haec habeat aurum quod illi renumeret, faciat lubens*

59: *quia, cum tu aderis, huic mihi que haud faciet quisquam iniuriam*

67 s.: *...ubi damnis desudascitur? ubi pro disco damnum capiam, pro cursura dedecus...?*

89: *Quia istoc inlecebrosius fieri nihil potest: nox, mulier, vinum homini adulescentulo*

93: *Mulier, tibi me emancupo: tuu' sum, tibi dedo operam*

111: *Neque ita me di ament, ut Lycurgus mihi quidem videtur posse hic ad nequitiam adducier*

116 ss.: *Quid tibi commercist cum dis damnosissimis? Mali sunt homines qui bonis dicunt male; tu dis nec recte dicis: non aequum facis. An deus est ullus Suavisaviatio?*

128: *Qui si decem habeas linguas, mutum esse addecet*

144: *Sperat quidem animus: quo eveniat dis in manust*

161: *Occisus hic homo est. Ecquid in mentem est tibi patrem tibi esse?*

166: *Edepol fecisti furtum in aetatem malum quom istaec flagitia me celavisti et patrem*

ACTUS II

172 s.: *Saluto te, vicine Apollo, qui aedibus propinquus nostris accolis, veneroque te*

178 ss.: *Mirumst me ut redeam te opere tanto quaesere, qui abire hinc nullo pacto possim, si velim: ita me vadatum amore vinctumque adtines. Pro di immortales, Pistoclerum conspikor*

185: *hospitium et cenam pollicere, ut convenit peregre advenienti*

223: *...qui de amittenda Bacchide aurum hic exiget*

229 ss.: *Negotium hoc ad me adtinet aurarium. Mille et ducentos Philippos attulimus aureos Epheso, quos hospes debuit nostro seni*

235 s.: *Ibo in Piraeum, visam ecquae advenerit in portum ex Epheso navis mercatoria*

253: *Tun hospitem illum nominas hostem tuum?*

266 ss.: *Infit dicere adulterinum et non eum esse symbolum. Quotque innocenti ei dixit contumelias! Adulterare eum aibat rebus ceteris*

270 ss.: *Postquam quidem praetor recuperatores dedit, damnatus demum, vi coactus reddidit ducentos et mille Philippum*

282: *Is erat communis cum hospite et praedonibus*

306 s.: *Nos apud Theotimum omne aurum depos<i>vimus, qui illic sacerdos est Dianai Ephesiae*

312 ss.: *Quin in e<a>pse aede Dianai conditumst; ibidem publicitus servant. Occidisti' me; nimio hic privatim servaretur rectius*

317: *Quia Mnesilochus noctu clanculum devenit ad Theotimum*

328: *Anulum gnati tui facito ut memineris ferre*

345: *ita bellus hospes fecit Archidemides*

347: *Deos atque amicos iit salutatum ad forum*

354 s.: *Senex in Ephesum ibit aurum arcessere, hic nostra agetur aetas in malacum modum*

ACTUS III

371 s.: *nisi quem spes relinquere omnes esse ut frugi possiet. Bacchides non Bacchides, sed Bacchae sunt acerrumae*

375 ss.: *...ut celem patrem, Pistoclere, tua flagitia aut damna aut desidiabula? Quibu' patrem et me teque amicosque omnis affectas tuos ad probrum, damnum, flagitium appellere una et perdere. Neque mei neque te tui intus pudiumst factis quae facis, quibu' tuum patrem meque una, amicos, adfinis tuos tua infamia fecisti geruli figulos flagiti. Nunc priu' quam malum istoc addis – certumst: iam dicam patri – de me hanc culpam demolibor iam et seni faciam palam, ut eum ex lutulento caeno propere hinc eliciat foras*

397: *illum laudabunt boni, hu<n>c etiam ipsi culpabunt mali*

414 s.: *Di immortales, meum sodalem hic nominat. Quid hoc negoti est Pistoclerum Lydus quod erum tam ciet?*

424 ss.: *Ante solem exorientem nisi in palaestram veneras, gymnasi praefecto haud mediocris poenas penderes. Id quoi optigerat, hoc etiam ad malum accersebatur malum*

436 ss.: *Alii, Lyde, nunc sunt mores. Id equidem ego certo scio. Nam olim populi prius honorem capiebat suffragio quam magistro desinebat esse dicto oboediens; at nunc, priu' quam septuennis est, si attingas eum manu, extemplo puer paedagogo tabula dirumpit caput. Cum patrem adeas postulatum, puero sic dicit pater: 'Noster esto, dum te poteris defensare iniuria'*

447 s.: *Itur illinc iure dicto. Hoccine hic pacto potest inhibere imperium magister, si ipsus primus vapulet?*

452: *O Philoxene, deos propitios me videre quam illum <haud> mavellem mihi*

457 ss.: *Di te ament, Philoxene. Hic enim rite productust patri: in mare it, rem familiarem curat, custodit domum, obsequens oboediensque est mori atque imperiis patris. Hic sodalis Pistoclero iam puer puero fuit; triduum non interest aetatis uter maior siet*

463: *Cave malo et compesce in illum dicere iniuste*

465: *Nam illum meum malum promptare malim quam peculium*

479 s.: *Nullon pacto res mandata potest agi, nisi identidem manus ferat ad papillas, labra a labris nusquam auferat?*

490 s.: *Perire me malis malim modis. Satin ut quem tu habeas fidelem tibi aut cui credas nescias. Viden ut aegre patitur gnatum esse corruptum tuum, suum sodalem, ut ipse sese cruciat aegritudine?*

504 ss.: *nam mihi divini nunquam quisquam creduat, ni ego illam exemplis plurimi planeque...amo. Ego faxo haud dicet nactam quem derideat: nam iam domum ibo atque...aliquid surrupiam patri. Id isti dabo. Ego istanc multis ulciscar modis*

512 s.: *Verum quam illa umquam de mea pecunia ramenta fiat plumea propensior*

519: *quam si ad sepulcrum mortuo narret logos*

519c: *mori me malim excruciatum inopia*

534: *Estne hic meus sodalis? Estne hic hostis quem aspicio meus?*

537: *Salvus quom peregre advenis, cena detur*

540 ss.: *Multi more isto atque exemplo vivunt, quos cum censeas esse amicos, reperiuntur falsi falsimoniis, lingua factiosi, inertes opera, sublesta fide*

545: *Edepol ne tu illorum mores perquam meditate tenes*

570 s.: *Postremo, si pergis parvam mihi fidem arbitrarier, tollam ego ted in collum atque intro hinc auferam*

ACTUS IV

575 s.: *Nunc me ire iussit ad eam et percontarier utrum aurum reddat anne eat secum semul*

584 ss.: *Qui te mala crux agitat, qui ad istunc modum alieno viris tuas extentes ostio? Fores paene exfregisti*

603 ss.: *Nequam esse oportet cui ta<m> integumentum improbu<m>st. Sufflatus ille huc veniet. Dirruptum velim*

613: *sine modo et modestia sum, sine bono iure atque honore*

617 ss.: *Nequior nemo neque indignior quod di bene faciant neque quem quisquam homo aut amet aut adeat. inimicos quam amicos aequumst me habere*

627a ss.: *Sanu' sati' non es. Perii! Multa mala mi in pectore nunc acria atque acerba eveniunt: criminin me habuisse fidem?*

630a: *Mortuu' pluri's pretist quam ego sum*

635 ss.: *Si mihi s<i>t, non pollicear. Scio, dares: novi. Sed nisi ames, non habeam tibi fidem tantam*

656 ss.: *Improbis cum improbu' sit, <h>arpaget furibus, furetur quod queat: versipellem frugi convenit esse hominem pectus cui sapit: bonu' sit bonis, malu' sit malis, utcumque res sit ita animum habeat*

665: *Si frugi est, Herculem fecit ex patre: decimam partem ei dedit, sibi novem abstulit*

668: *Numqui nummi exciderunt, ere, tibi quod sic terram optuere?*

671: *Chrysale, occidi*

678: *Occidi*

682: *Occisi sumus*

684 ss.: *Bacchidem atque hunc suspicabar propter crimen, Chrysale, mi<h>i male consuluisse: ob eam rem omne aurum iratus reddidi meo patri*

689: *Ego patrem exoravi..*

696: *Quam, malum, facile, quem mendaci prendit manifesto modo?*

706: *Militi nummis ducentis iam usus est pro Bacchide. Ego dabo*

709 ss.: *De ducentis nummis primum intendam ballistam in senem; ea ballista si pervortam turrim et propugnacula, recta porta invadam extemplo in oppidum antiquum et vetus*

716: *Stilum, ceram et tabellas, linum. Iam faxo hic erunt*

728: *Cape stilum propere et tabellas tu <h>as tibi*

733: *Quid si potius morbum mortem scribat?*

735 ss.: *Chrysalus mihi usque quaque loquitor nec recte, pater, quia tibi aurum reddidi et quia non te defrudaverim*

742: *Atque id pollicetur se daturum aurum mihi*

747 ss.: *ne illum verberes; verum apud te vinctum adservato domi. Cedo tu ceram ac linum actutum. Age oblige, obsigna cito. Obsecro, quid istis ad istunc usust conscriptis modum, ut tibi ne quid credat aut ut vinctum te adservet domi?*

752 s.: *Mea fiducia opu' conduxit et meo periculo rem gero. Aequum dicis. Cedo tabellas*

769 s.: *Adambulabo ad ostium, ut, quando exeat, extemplo adveniendi ei tabellas dem in manum*

777 ss.: *Taces? per omnes deos adiuro ut, nisi meum gnatum tam amem atque ei facta cupiam quae is velit, ut tua iam virgis latera lacerentur probe ferratusque in pistrino aetatem conteras*

784: *ego sum sacer, scelestus*

787 s.: *Nunc hasc' tabellas ferre me iussit tibi. Orabat, quod istuc esset scriptum ut fieret*

795 s.: *Ut verba mihi dat, ut nescio quam rem gerat! Servos arcessit intus qui me vinciant*

808: *hae tabellae te arguunt, quam tu attulisti*

811 ss.: *egomet tabellas tetuli ut vincirer. Sine. Propterea hoc facio ut suades gnato meo ut pergraecetur tecum, tervenefice. O stulte, stulte, nescis nunc venire te; atque in eopse adstas lapide, ut praeco praedicat. Responde: quis me vendit? Quem di diligunt adulescens moritur, dum valet, sentit, sapit. Hunc si ullus deus amaret, plus annis decem, plus iam viginti mortuum esse oportuit*

830 s.: *Dic, scelerum caput, dic, quo in periclo est meu' Mnesilochus filius? Sequere hac me, faxo iam scies*

847 ss.: *Nam neque Bellona mihi umquam neque Mars creduat, ni illum exanimalem faxo, si convenero, nive exheredem fecero vitae suae*

853: *Nupta<n> est illa, obsecro?*

855: *Age nunc vincito me, auscultato filio*

857 ss.: *lube sis me exsolvi cito; nam ni ego exsolvor, iam manifesto hominem opprimet. Nihil est lucri quod me hodie facere mavelim, quam illum cubantem cum illa opprimere, ambo ut necem*

863 ss.: *Tum illam, quae corpus publicat volgo suum, faxo se haud dicat nactam quem derideat. Pacisci cum illo paulula pecunia potes. Pacisce ergo, obsecro, quid tibi lubet, dum ne manifesto hominem opprimat nive enicet*

870: *Em illoc pacisce, si potest; perge, obsecro, pacisce quidvis*

873 s.: *Vis tibi ducentos nummos iam promittier, ut ne clamorem hic facias neu convicium?*

880 ss.: *Quam mox dico 'dabo'? Roga hunc tu, tu promitte huic. Promitto, roga. Ducentos nummos aureos Philippos probos dabin? 'Dabuntur' inque. Responde. Dabo*

898: *Ut iurat! servat me ille suis periuriis*

900: *Illa autem in arcem abi<v>it aedem visere Minervae*

902 s.: *Vel hercle in malam crucem. Hodie exigam aurum hoc? Exige ac suspende te: ne supplicare censeas, nihili homo*

917 ss.: *Nam ni illic hodie forte fortuna hic foret, miles Mnesilochum cum uxore opprimeret sua atque obtruncaret moechum manufestarium. Nunc quasi ducentis Philippeis emi filium, quos dare promisi militi*

924: *aequomst tabellis consignatis credere*

935 s.: *Nam ego has tabellas obsignatas, consignatas quas fero non sunt tabellae, sed equos quem misere Achivi ligneum*

943: *Atque hic equus non in arcem, verum in arcam faciet impetum*

953: *Vinctus sum, sed dolis me exemi: item se ille servavit dolis*

960: *Post ubi tabellas ad senem detuli, ibi occidi Troilum*

969 s.: *Is nunc ducentos nummos Philippos militi, quos dare se promisit, dabit*

984: *tacitus conscriptis tabellas, obsignatas mihi has dedit*

1004: *Sat sic suspectus sum, cum careo noxia*

1007 ss.: *Pudet prodire me ad te in conspectum, pater: tantum flagitium te scire audivi meum, quod cum peregrini cubui uxore militis. Pol haud derides; nam ducentis aureis Philippis redemi vitam ex flagitio tuam*

1025 s.: *Nunc si me fas est opsecrare aps te, pater, da mihi ducentos nummos Philippos, te opsecro*

1028 ss.: *Ego ius iurandum verbis conceptis dedi, daturum id me hodie mulieri ante vesperum, priu' quam a me abire. Nunc, pater, ne perierem cura atque abduce me hinc ab hac quantum potest, quam propter tantum damni feci et flagiti. Cave tibi ducenti nummi dividiae fuant; sescenta tanta reddam si vivo tibi*

1055 ss.: *Edepol qui me esse dicat cruciatu malo dignum, ne ego cum illo pignus haud ausim dare; tantas turbellas facio. Sed crepuit foris: ecfertur praeda ex Troia*

1075: *Nunc hanc praedam omnem iam ad quaestorem deferam*

ACTUS V

1081 ss.: *Neque placitant mores quibu' video volgo <in> gnatos esse parentes: ego dare me [ludum] meo gnato institui ut animo obsequium sumere possit; aequum esse puto, sed nimi' nolo desidiaei dare ludum*

1089: *solus ego omnis longe antideo stultitia et moribus indoctis*

1111: *Idem mihi morbus in pectorest*

1121a ss.: *Nam, amabo, quis has huc ovis adegit? Ovis nos vocant pessumae. Pastor harum dormit, quom haec eunt [sic] a pecu balitantes*

1134 ss.: *Haud scio quid eo opus sit, quae nec lact' nec lanam ullam habent. Sic sine astent. Exsolvere quanti fuere, omnis fructus iam illis decidit. Non vides ut palantes [solae liberae] grassentur? quin aetate credo esse mutas: ne balant quidem, cum a pecu cetero absunt*

1141 s.: *Prodigium hoc quidemst: humana nos voce appellant oves. Haec oves vobis malam rem magnam, quam debent, dabunt*

1154: *Quid illaec illic in consilio duae secreto consultant?*

1175 ss.: *Ei hac mecum intro atque ibi si quid vis filium concastigato. Abin a me, scelu'? Sine, mea pietas, te exorem. Exores tu me? Ego quidem ab hoc certe exorabo. Immo ego te oro ut me intro abducas. Lepidum te! At scin quo pacto me ad te intro abducas?*

1183 ss.: *quadrigentis Philippis filiu' me et Chrysalu' circumdlexerunt. Quem quidem ego ut non excruciem alterum tantum auri non meream. Quid tandem si dimidium auri redditur, in' hac mecum intro? atque ut eis delicta ignoscas. Faciet. Minime, nolo, nihil moror, sine sic: malo illos ulcisci ambo. Etiam tu, homo nihili? quod dei dant boni cave culpa tua amissis: dimidium auri datur: accipias potesque et scortum accumbas*

1197: *Ne obnoxii' filio sim et servo*

1206 s.: *Ducite nos quo libet tamquam quidem addictos. Lepide ipsi hi sunt capti, suis qui filiis fecere insidias [ite]*

Captivi

Argumentum

1 ss.: *Captus in pugna Hegionis filius, alium quadrimum fugiens servos vendidit. Pater captivos commercatur Aleos tantum studens ut gnatum <captum> recuperet*

8 s.: *Et is reduxit captum et fugitivom simul, indicio cuius alium agnoscit filium*

Prologus

2 ss.: *illi qui astant, hi stant ambo, non sedent: hoc vos mihi testes estis me verum loqui. Senex qui hic habitat, Hegio, est huius pater, sed is quo pacto serviat suo sibi patri*

7 ss.: *Seni huic fuerunt filii nati duo: alterum quadrimum puerum servos surpuit eumque hinc profugiens vendidit in Alide patri huiusce: iam hoc tenetis? optumest*

14: *Ego me tua causa, ne erres, non rupturus sum*

19 s.: *Is postquam hunc emit, dedit eum huic gnato suo peculiarem, quia quasi una aetas erat*

24 s.: *Postquam belligerant Aetoli cum Aleis, ut fit in bello, capitur alter filius*

27: *Coepit captivos commercari hic Aleos*

30 ss.: *Et quoniam heri indaudivit de summo loco summoque genere captum <hic> esse equitem Aleum, nil pretio parsit filio dum parceret*

34 ss.: *emit de praeda hosce ambos a quaestoribus. Hisce autem inter sese hunc confinxerunt dolum, quo pacto hic servos suom erum hinc amittat domum*

41 s.: *et suom erum faciet libertatis compotem: eodemque pacto fratrem servabit suom: reducemque faciet liberum in patriam ad patrem imprudens*

46 ss.: *Sed inscientes sua sibi fallacia ita compararunt et confinxerunt dolum itaque hi commenti de sua sententia, ut in servitute hic ad suom maneat patrem. Ita nunc ignorans suo sibi servit patri*

57: *hic neque periurus lenost nec meretrix mala neque miles gloriosus*

61 ss.: *Nam hoc paene iniquomst, comico choragio conari desubito agere nos tragoediam. Proin siquis pugnam expectat, litis contrahat*

67 s.: *Valete, iudices iustissimi domi duellique duellatores optumi*

ACTUS I

70: *eo quia invocatus soleo esse in convivio*

73 s.: *sibi amator talos quom iacit scortum invocat. Estne invocatum <scortum> an non est? est planissime*

76: *quos numquam quisquam neque vocat neque invocat*

88 s.: *Et hic quidem hercle, nisi qui colaphos perpeti potis parasitus frangique aulas in caput, vel extra portam trigeminam ad saccum ilicet*

92: *Nam postquam meus rex est potitus hostium*

94 ss.: *nam Aetolia haec est, illic est captus in Alide Philopolemus huius Hegionis filius, senis qui hic habitat, quae aedes lamentariae mihi sunt*

100 s.: *homines captivos commercatur, si queat aliquem invenire suom qui mutet filium*

107: *Condigne pater est eius moratus moribus*

111 ss.: *istos captivos duos heri quos emi de praeda a quaestoribus, his indito catenas singulares, istas maiores, quibus sunt iuncti, demito*

121: *Si non est quod dem, mene vis dem ipse in pedes?*

124 s.: *Ita ut dicis: nam si faxis, te in caveam dabo. Sed satis verborumst: cura quae iussi atque abi*

126 s.: *Ego ibo ad fratrem ad alios captivos meos: visam ne nocte hac quippiam turbaverint*

129 ss.: *Aegrest mi hunc facere quaestum carcerarium propter sui gnati miseriam miserum senem. Sed si ullo pacto ille huc conciliari potest, vel carnuficinam hunc facere possum perpeti*

142 ss.: *Tum denique homines nostra intellegimus bona, quom quae in potestate habuimus ea amisimus. Ego, postquam gnatus tuos potitust hostium expertus quanti fuerit, nunc desidero. Alienus quom eius incommodum tam aegre feras*

151: *Laudo malum quom amici tuom ducis malum, nunc habe bonum animum*

153 ss.: *Quia nunc remissus est edundi exercitus. Nullumne interea nactu's, qui posset tibi remissum quem dixti imperare exercitum?*

169 s.: *Nam eccum hic captivom adolescentem <alium> Aleum prognatum genere summo et summis ditiis*

172 s.: *Ita di de<ae>que faxint. Sed num quo foras vocatus <es> ad cenam?*

175: *propterea <a> te vocari ad te ad <ce>nam volo*

178: *nam istoc me adsiduo victu delecto domi*

181 s.: *Quasi fundum vendam, meis me addicam legibus. Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi*

185 ss.: *nam meus scruposam victus commetat viam. Numquam istoc vinces me, Hegio: ne postules: cum calceatis dentibus veniam tamen*

193 s.: *quantillum argenti mi apud trapezitam siet, ad fratrem quo ire dixeram mox ivero*

ACTUS II

195 ss.: *Si di immortales id voluerut vos hanc aerumnam exsequi, decet id pati animo aequo: si id facietis, levior labos erit. Domi fuistis credo liberi: nunc servitus si evenit, ei vos morigerari mos bonust, eamque [et erili imperio] ingeniis vestris lenem reddere*

204 s.: *At pigeat postea nostrum erum si suos eximat vinculis aut solutos sinat quos argento emerit*

207 s.: *Nos fugiamus? quo fugiamus? In patriam. Apage haud nos id deceat fugitivos imitari*

212: *Ut sine hisce arbitris atque vobis, nobis detis locum loquendi*

216: *Obnoxii ambo vobis sumus propter hanc rem*

219 ss.: *ne arbitri dicta nostra arbitrari queant ne permanet palam haec nostra fallacia. Nam doli non doli sunt, ni<si> astu colas: sed malum maxumum, si id palam provenit. Nam si erus tu mi es atque ego me tuom esse servom assimulo, tamen viso opust, cautost opus, ut hoc sobrie sineque arbitris accurate agatur, docte et diligenter*

234 s.: *sed id ubi iam penes sese habent, ex bonis pessimi et fraudulentissimi fiunt*

237 s.: *Quod tibi suadeo, suadeam meo patri. Pol ego si te audeam, meum patrem nominem: nam secundum patrem, tu's pater proxumus*

241 ss.: *non ego erus tibi, sed servos sum. Nunc obsecro te hoc unum: quoniam nobis di immortales animum ostenderunt suum, ut qui erum me tibi fuisse atque esse conservom velint, quom antehac pro iure imperitabam meo, nunc te oro per precem, per fortunam incertam et per mei te erga bonitatem patris, perque conservitium commune quod hostica evenit manu*

252: *Ubi sunt isti quos ante aedis iussi huc produci foras?*

254: *ita vinclis custodiisque circummoeniti sumus*

256 s.: *etiam quom cavisse ratus est, saepe is cautor captus est. An vero non iusta causast, ut vos servem sedulo, quos tam grandi sim mercatus praesenti pecunia?*

261 s.: *Ut vos hic, itidem illic apud vos meus servatur filius. Captus est?*

269 ss.: *verum si frugist, usque admutilabit probe. Quid tu? servosne esse an liber mavelis, memora mihi. Proximum quod sit bono quodque a malo longissime id volo: quamquam non multum fuit molesta servitus nec mihi secus erat quam si essem familiaris filius*

276 ss.: *Ut facete orationem ad servitutem contulit! Quo de genere natus illic Philocrates? Polyplusio: quod genus illi est unum pollens atque honoratissimum*

282: *Quid pater? vivitne? Vivom cum inde abimus liquimus: nunc vivatne necne, id Orcum scire oportet scilicet*

289 ss.: *Quid tu ais? tenaxne pater est eius? Immo edepol pertinax. Quin etiam ut magis noscas: genio suo ubi quando sacrificat, ad rem divinam quibus opus est Samiis vasis utitur*

294 s.: *Philocrates, hic fecit hominem frugi ut facere oportuit. Nam ego ex hoc quo genere gnatus sis scio; hic fassust mihi*

298 ss.: *quom tibist confessus verum: quam<quam> volui sedulo meam nobilitatem occultare et genus et divitias meas, Hegio: nunc quando patriam et libertatem perdidisti, non ego istunc me potius quam te metuere aequom censeo*

305 ss.: *me qui liber fueram servom fecit, e summo infumum. Qui imperare insueram nunc altrius imperio obsequor. Et quidem si proinde ut ipse fui imperator familiae habeam dominum, non verear ne iniuste aut graviter mi imperet*

310 s.: *Tam ego fui ante liber quam gnatus tuos: tam mihi quam illi libertatem hostilis eripuit manus*

316: *Quam tu filium tuom, tam pater me meus desiderat*

318 ss.: *Ego patri meo esse fateor summas divitias domi meque summo genere gnatum: sed te obtestor, Hegio, ne tuom animum avariorem faxint divitiae meae: ne patri, tametsi sum*

unicus, decere videatur magis me saturum servire apud te sumptu et vestitu tuo

324 ss.: Ego virtute deum et maiorum nostrum dives sum satis. Non ego omnino lucrum omne esse utile homini existumo: scio ego, multos iam lucrum lutulentos homines reddidit. Est etiam ubi profecto damnum praestet facere quam lucrum

330 ss.: Filius meus illic apud vos servit captus Alide: eum si reddis mihi, praeterea unum nummum ne duis, et te et hunc amittam hinc. Alio pacto abire non potes. Optimum atque aequissimum oras optimumque hominum es homo. Sed is privatam servitutum servit illi an publicam?

341: ut is homo redimatur illi

343: qui tua quae tu iusseris mandata ita ut velis perferat

346 ss.: Ne<que> quemquam fideliozem neque quoi plus credat potes mittere ad eum ne<que> qui magis sit servos ex sententia, neque adeo quoi tuom concredat filium hodie audacius. Ne vereare: meo periculo huius ego experiar fidem

351: Mittam equidem istunc aestumatum tua fide, si vis

356: Di tibi omnes omnia optata <of>ferant, quom me tanto honore honestas quomque ex vinclis eximis

360 ss.: quae ad patrem vis nuntiari. Vin vocem huc ad te? Voca. Quae res bene vortat mihi meoque filio vobisque: volt te novos erus operam dare tuo veteri domino, quod is velit, fideliter. Nam ego te aestumatum huic dedi viginti minis: hic

autem te ait mittere hinc velle ad patrem, meum ut illic redimat filium: mutatio inter me atque illum ut nostris fiat filiis

372: *quom servitatem ita fers ut <eam> ferri decet*

374 s.: *Gratiam habeo tibi, quom copiam istam mi et potestatem facis, ut ego ad parentes hunc remittat nuntium*

379 ss.: *Nunc ita convenit inter me atque hunc, Tyndare, ut te aestumatum in Alidem mittam ad patrem: si non rebitas, huic ut viginti minas dem pro te*

382 s.: *Nam pater expectat aut me aut aliquem nuntium, qui hinc ad se veniat*

388 ss.: *Facis ita ut te facere oportet: nunc animum advortas volo. Omnium primum salutem dicito matri et patri Et cognatis et siquem alium benevolentem videris: me hic valere et servitatem servire huic homini optumo, qui me honore honestiorem semper fecit et facit*

394 ss.: *Nam <e>quidem nisi quod custodem habeo liberum me esse arbitror. Dicito patri quo pacto mihi cum hoc convenerit de huius filio. Quae memini mora merast monerier. Ut eum redimat et remittat nostrum huc amborum vicem*

399: *Non tuom tu magis videre quam ille suom gnatum cupit*

401 ss.: *Me hic valere et — tute audacter dicito, Tyndare, - inter nos fuisse ingenio haud discordabili. Neque te commeruisse culpam neque te advorsatum mihi beneque ero gessisse morem in tantis aerumnis tamen, neque med umquam deseruisse te neque factis neque fide rebus in dubiis, egenis*

407 s.: *ut fueris animatus erga suom gnatum atque se, numquam erit tam avarus, quin te gratus emittat manu*

412 s.: *quom apud hunc confessus es et genus et divitias meas: quo pacto emisisti e vinclis tuom erum tua sapientia*

417 ss.: *nox diem adimat: nam qua<si> servos [meus] esses, nilo setius <tu> mihi obsequiosus semper fuisti. Di, vostram fidem, hominum ingenium liberale!*

426 s.: *id ut scias lovem supremum testem laudo, Hegio, me infidelem non futurum Philocrati. Probus es homo*

431 ss.: *Atque horunc verborum causa cave tu mi iratus fuas. Sed, te quaeso, cogitato hinc mea fide mitti domum te aestumatum et meam esse vitam hic pro te positam pignori*

435 ss.: *quom me servom in servitute pro te<d> hic reliqueris tuque te pro libero esse ducas, pignus deseras, neque des operam pro me ut huius reducem facias filium. Scito te hinc minis viginti aestumatum mittier. Fac fidelis sis fideli, cave fidem fluxam geras; nam pater, scio, faciet quae illum facere oportet omnia*

442 ss.: *Haec per dexteram tuam te dextera retinens manu obsecro, infidelior mihi ne fuas quam ego sum tibi. Tu hoc age: tu mihi erus nunc es, tu patronus, tu pater: tibi commendo spes opesque meas*

450 s.: *eadem opera a praetore sumam syngraphum. Quem syngraphum? Quem hic ferat secum ad legionem*

453 ss.: *Edepol rem meam constabilivi, quom illos emi de praeda a quaestoribus: expedivi ex servitute filium, si dis placet.*

*At etiam dubitavi hosce homines emerem an non emerem diu.
Servate istum sultis intus, servi, ne quoquam pedem eferat
sine custode*

ACTUS III

472: plagipatidas, quibus sunt verba sine penu et pecunia

*475 s.: ipsi de foro tam aperto capite ad lenones eunt, quam in
tribu aperto capite sontes condemnant reos*

*478: Nam <ego> ut dudum hinc abii, accessi ad adulescentes
in foro*

*491 ss.: Item alii parasiti frustra obambulabant in foro. Nunc
barbarica lege certumst ius meum omne persequi: qui
concilium iniere, quo nos victu et vita prohibeant, is diem
dicam, inrogabo multam, ut mihi cenas decem meo arbitrato
dent, quom cara annona sit*

*498 s.: Quid est suavius quam bene rem gerere bono publico,
sicut ego feci heri, quom emi hosce homines?*

*505 s.: Tandem abii ad praetorem. Ibi vix requievi, rogo
syngraphum: datur mihi ilico; dedi Tyndaro: ille abiit domum*

*512 ss.: Tandem hic exclamat eum sibi esse sodalem. Dico
eum esse apud me: hic extemplo orat obsecratque, eum sibi
ut liceat videre. Iussi ilico hunc exsolvi*

*517 ss.: nunc spes opes auxiliaque a me segregant spernuntque
se. Hic illest dies, quom nulla vitae meae salus sperabilist: neque
exitium exitiost neque adeo spes, quae hunc mi aspellat metum*

523: *nec confidentiae usquam hospitium est nec deverticulum dolis*

525 s.: *Omnis res palamst: neque de hac re negotiumst, quin male occidam oppetamque pestem eri vicem meamque*

528: *is me novit, is sodalis Philocrati et cognatus est*

534: *Nunc enim vero ego occidi: eunt ad te hostes, Tyndare*

537: *Utinam te di prius perderent quam periisti e patria tua*

539: *Occisast haec res, nisi reperio atrocem mi aliquam astutiam*

543 s.: *Equidem tam sum servos quam tu, etsi ego domi liber fui, tu usque a puero servitatem servivisti in Alide*

549 ss.: *nam istic hastis insectatus est domi matrem et patrem, et illic isti qui <in>sputatur morbus interdum venit. Proin tu ab istoc procul recedas. Ultro istum a me. Ain, verbero, me rabiosum atque insectatum esse hastis meum memoras patrem? Et eum morbum mi esse, ut qui med opus sit insputarier? Ne verere: multos iste morbus homines macerat*

557: *Insanum esse me*

559: *Credidi esse insanum extemplo, ubi te appellavit Tyndarum*

561 ss.: *At etiam te suom sodalem esse aibat. Haud vigi magis: et quidem Alcumeus atque Orestes et Lycurgus postea una opera mihi sunt sodales qua iste*

574 ss.: *Quem patrem, qui servos est? Et tu quidem servos es, liber fuisti: et ego me confido fore, si huius huc reconciliasso in libertatem filium. Quid ais, furcifer? tun te gnatum esse memoras liberum?*

580: *Nam is est servos ipse neque praeter se umquam ei servos fuit*

586: *filium tuom quod redimere se ait, id ne utiquam mihi placet*

590 ss.: *neque praeter te in Alide ullus servos istoc nominest. Pergin servom me exprobrare esse, id quod vi hostili obtigit?*

598: *Iam deliramenta loquitur: larvae stimulant virum*

600 s.: *Crucior lapidem non habere me, ut illi mastigiae cerebrum excutiam, qui me insanum verbis concinnat suis*

605 ss.: *Neque pol med insanum, Hegio, esse creduis neque fuisse umquam neque esse morbum quem istic autumat. Verum siquid metuis a me, iube me vinciri: volo, dum istic itidem vinciat*

613: *Quid ais? quid si adeam hunc insanum?*

616 s.: *Nunc ego omnino occidi, nunc ego inter sacrum saxumque sto nec quid faciam scio*

620 ss.: *Sed hoc primum me expurigare tibi volo, me insaniam neque tenere neque mi esse ullum morbum, nisi quod servio. At ita me rex deorum atque hominum faxit patriae compotem*

625 ss.: *Hoc si secus reperies, nullam causam dico, quin mihi et parentum et libertatis apud te deliquio siet. Quid tu ais? Me tuom esse servom et te meum erum. Haud istuc rogo. Fuistin liber? Fui. Enim vero non fuit, nugas agit*

642: *huius scelesti tech<i>nis, qui me ut lubitumst ductavit dolis*

646: *Sed qua faciest tuos sodalis Philocrates?*

651 ss.: *Verba mihi data esse video. Quid cessatis, compedes, currere ad me meaue amplecti crura, ut vos custodiam? Satin me<d> illi hodie scelesti capti ceperunt dolo? Illic servom se adsimulabat, hic sese autem liberum. Nuculeum amisi, reliqui pignori putamina*

661 ss.: *Sator sartorque scelerum et messor maxume. Non occatorem dicere audebas prius? Nam semper occant prius quam sariunt rustici*

665 ss.: *Decet innocentem servom atque innoxium confidentem esse, suom apud erum potissimum. Adstringite isti sultis vehementer manus*

675: *Illum esse servom credidi, te liberum*

681 ss.: *At cum cruciatu maxumo id factumst tuo. Dum ne ob malefacta peream, parvi <ex>istumo, si ego hic peribo, ast ille ut dixit non redit, at erit mi hoc factum mortuo memorabile, <me> meum erum captum ex servitute atque hostibus reducem fecisse liberum in patriam ad patrem*

691 s.: *Quando ego te exemplis pessumis [ex]cruciavero atque ob sutelas tuas te morti misero, vel te interiisse vel periisse praedicent*

695: *Pol si istuc faxis, haud sine poena feceris*

697 ss.: *Pro di immortales: nunc ego teneo, nunc scio quid hoc sit negoti: meus sodalis Philocrates in libertate est ad patrem in patria*

702 ss.: *qui nunc propter me meaque verba vinctus est. Votuin te quicquam mi hodie falsum proloqui? Votuisti*

707 ss.: *at erum servavi, quem servatum gaudeo, quoi me custodem addiderat erus maior meus. Sed malene id factum <tu> arbitrare?*

711 ss.: *nam cogitato, siquis hoc gnato tuo tuos servos faxit, qualem haberes gratiam? Emitteresne necne eum servom manu? Essetne apud te is servos acceptissimus?*

717 s.: *una nocte postulavisti et die recens captum hominem, nuperum novicium, te perdocere*

721 ss.: *Ergo ab eo petito gratiam istam. Ducite, ubi ponderosas crassas capiat compedes: inde ibis porro in latomias lapidarias. Ibi quom alii octonos lapides effodiunt, nisi cottidiano sesquopus confeceris, sescentoplago nomen indetur tibi. Per deos atque homines ego te obtestor, Hegio, ne tu istunc hominem perduis*

729 s.: *nam noctu nervo vinctus custodibitur, interdus sub terra lapides eximet. Diu ego hunc cruciabo, non uno absolvam die*

734 ss.: *iubete huic crassas compedes impingier: inde extra portam ad meum libertum Cordalum in lapicidinas facite deductus siet*

741: *Post mortem in morte nil est quod metuum mali*

751 s.: *Illic est abductus recta in phylicam, ut dignus est. Ego illis captivis aliis documentum dabo*

755: *usque offrenatum suis me ductarent dolis*

758 ss.: *Speravi miser ex servitute me exemisse filium: ea spes elapsast. Perdidi unum filium, puerum quadrimum quem mihi servos surpuit, neque eum servom umquam repperi neque filium: maior potitus hostiumst. Quod hoc est scelus? Quasi in orbitatem liberos produxerim*

766 s.: *Exauspicavi ex vinclis: nunc intellego redauspicandum esse in catenas denuo*

ACTUS IV

768: *Iuppiter supreme, servas me measque auges opes*

775 ss.: *sine sacris hereditatem sum aptus effertissumam. Nunc ad senem cursum capessam hunc Hegionem, quoi boni tantum affero, quantum ipse a divis optat, atque etiam amplius. Nunc certa res est, eodem pacto ut comici servi solent*

786 s.: *Quom extemplo ad forum advenero, omnes loquentur: 'Hic illest senex doctus, quoi verba data sunt'*

795 ss.: *nequis in hac platea negoti conferat quicquam sui: nam meus est ballista pugnus, cubitus catapultast mihi, umerus aries, tum genu ut quemque icero, ad terram dabo*

803: *Prius edico, nequis propter culpam capiatur suam*

810: *ex ipsis dominis meis pugnis exculcabo furfures*

815 s.: *quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum: eis ego ora verberabo surpiculis piscariis*

818 s.: *Tum Ianii autem qui concinnant liberis orbas oves, qui locant caedundos agnos et duplam agninam danunt*

823: *edictiones aedilicias hic quidem habet*

825: *Non ego nunc parasitus sum, sed regum rex regalior*

833 ss.: *Perlubet hunc hominem colnloqui: Ergasile. Ergasilum qui vocat? Respice. Fortuna quod tibi nec facit nec faciet, me iubes*

838: *Cedo manum. Manum? Manum, inquam, cedo tuam actutum*

843: *Bene facis. iube... Quid iubeam? Ignem ingentem fieri*

845: *tuan causa [me] aedis incensurum censes? Noli irascier*

859 ss.: *Cedo manum. Em manum. Di te omnes adiuvant. Nil sentio. Non enim es in senticeto, eo non sentis. Sed iube vasa*

tibi pura adparari ad rem divinam cito atque agnum adferri proprium pinguem. Cur? Ut sacrifices. Quoi deorum?

867 s.: *Tuo arbitratu: facile patior. Credo: consuetu's puer. Iuppiter te dique perdant*

876: *qui tibi surrupuit quadrimum puerum filiolum tuom*

879 s.: *Meum<ne> gnatum? Tuom gnatum et genium meum. Et captivom illum Alidensem?*

881: *Et servolum meum Stalagmum, meum qui gnatum surrupuit?*

884: *Quid tu per barbaricas urbes iuras?*

889 ss.: *liberorum quaerundorum causa ei credo uxor datast. Dic, bonan fide tu mi istaec verba dixisti? Bona. Di immortales, iterum gnatus videor, si vera autumas. Ain tu? dubium habebis etiam, sancte quom ego iurem tibi? Postremo, Hegio, si parva iuri iurandost fides, vise ad portum*

896: *Nam hercle nisi mantiscinatus probe ero, fusti pectito*

898 ss.: *A me meoque gnato. Sponde<n> tu istud? Spondeo. At ego tuom tibi advenisse filium respondeo*

902: *Di immortales, iam ut ego collos praetruncabo tegoribus*

907 s.: *Nunc ibo, ut pro praefectura mea ius dicam larido, et quae pendent indemnatae pernisi auxilium ut feram*

ACTUS V

915 ss.: *arripuit gladium, praetruncavit tribus tegoribus glandia, aulas calicesque omnis confregit nisi quae modiales erant*

919 ss.: *Adserve istunc sultis, servi: ego ibo, ut conveniam senem. Dicam, ut sibi penum aliud [ad]ornet, siquidem sese uti volet*

922 s.: *Iovi deisque ago gratias merito magnas, quom te reducem tuo patri reddiderunt*

926 s.: *quomque hunc conspico in potestate nostra quomque haec repertast fides firma nobis*

930 s.: *Quid nunc, quoniam tecum servavi fidem tibi que hunc reducem in libertatem feci?*

933 ss.: *proinde ut tu promeritu's de me et filio. Immo potes, pater, et poteris et ego potero et di eam potestatem dabunt, ut beneficium bene merenti nostro merito muneres: sicut tu huic potes, pater mi, facere merito maxime. Quid opust verbis? lingua nullast qua negem quidquid roges. Postulo aps te, ut mi illum reddas servom quem hic reliqueram pignus pro me, qui mihi melior quam sibi semper fuit, pro benefactis eius ut ei pretium possim reddere. Quod bene fecisti, referetur gratia. Id quod postulas, et id te aliud quod me orabis impetrabis*

944 s.: *In lapicidinas compeditum condidi, ubi rescivi mihi data esse verba*

947 ss.: *At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis: gratiis a me ut sit liber ducito. Edepol, Hegio, facis benigne. Sed quaeso hominem ut iubeas arcessi*

954 ss.: *Age tu illuc procede, bone vir, lepidum mancupium meum. Quid me oportet facere, ubi tu talis vir falsum autumas? Fui ego bellus, lepidus: bonus vir numquam neque frugi bonae, neque ero: ne spem ponas umquam me bonae frugi fore*

972: *quia et fugi et tibi surrupui filium et eum vendidi*

974: *Pro di immortales: is quidem huius est pater Philocrati!*

976 s.: *Serva, Iuppiter supreme, et me et meum gnatum mihi. Philocrates, per tuom te genium obsecro, exi: te volo*

979: *Hic gnatum meum tuo patri ait se vendidisse sex minis in Alide*

982 s.: *nam tibi quadrimulum tuos pater peculiarem parvulo puero dedit*

987 ss.: *Dic mihi, isne istic fuit quem vendidisti meo patri, qui mihi peculiaris datus est? Huius filius. Vivitne is homo? Argentum accepi, nil curavi ceterum. Quid tu ais? Quin istic ipsust Tyndarus tuos filius, ut quidem hic argumenta loquitur*

994: *Eo miser sum, quia male illi feci, si gnatust meus*

999 ss.: *verum enimvero nulla adaequest Acheruns atque ubi ego fui in lapidinis: illic ibi demumst locus, ubi labore*

lassitudost exigunda ex corpore. Nam ubi illo adveni, quasi patriciis pueris aut monerulae aut anites aut coturnices dantur quicum lusitent

1006 s.: *O salve, exoptate gnate mi. Hem, quid gnate mi? Attat, scio cur te patrem esse adsimules et me filium: quia mi item ut parentes lucis das tuendi copiam*

1010 ss.: *At nunc liber in divitias faxo venies: nam tibi pater hic est: hic servos, qui te huic hinc quadrimum surpuit, vendidit patri meo te sex minis. Is te mihi parvolum peculiarem parvolo puero dedit. Illic indicium fecit*

1015 s.: *Quid, huius filium? Intus eccum fratrem germanum tuom. Quid tu ais? adduxtin illum huius captivom filium?*

1018 s.: *Nunc tibi pater hic est. Hic fur est tuos qui parvom hinc te abstulit. At ego hunc grandis grandem natu ob furtum ad carnificem dabo*

1021: *Sed <tu> dic, oro, pater meus tun es? Ego sum, gnate mi*

1025 ss.: *Compedibus quaeso ut tibi sit levior filius atque huic gravior servos. Certumst principio id praevortier. eamus intro, ut arcessatur faber, ut istas compedis tibi adimam, huic dem. Quoi peculi nil est, recte feceris. Spectatores, ad pudicos mores facta haec fabulast, neque in hac subigitationes sunt neque ulla amatio nec pueri suppositio nec argenti circumductio*

Casina

Argumentum

1: *Conservam uxorem duo conservi expetunt*

6: *Adulescens ducit civem Casinam cognitam*

Prologus

1 s.: *Salvere iubeo spectatores optumos fidem qui facitis maxumi et vos Fides*

7: *Antiqua opera et verba quom vobis placent, aequom est placere ante <alias> veteres fabulas*

20 ss.: *Sed tamen apsententes prosunt <pro> praesentibus. Vos omnis opere magno esse oratos volo, benigne ut operam detis ad nostrum gregem. Eicite ex animo curam atque alienum aes, ne quis formidet flagitatorem suom*

35 ss.: *Senex hic maritus habitat; ei est filius. Is una cum patre in illisce habitat aedibus. Est ei quidam servos, qui in morbo cubat*

39 ss.: *Is servos, sed abhinc annos factum est sedecim, quom conspicatust primulo crepusculo puellam exponi. Adit extemplo ad mulierem, quae illam exponebat; orat, ut eam det sibi*

50 ss.: *Nunc sibi uterque contra legiones parat paterque filiusque clam alter alterum. Pater adlegavit vilicum, qui posceret sibi istanc uxorem; is sperat, si ei sit data, sibi fore paratas clam*

*uxorem excubias foris. Filius is autem armigerum adlegavit suom,
qui sibi eam uxorem poscat*

62: hinc adulescentem peregre ablegavit pater

*68 ss.: Quaeso hercle, quid istuc est? serviles nuptiae? servin
uxorem ducent aut poscent sibi? Novom attulerunt, quod fit
nusquam gentium*

*73 ss.: maioreque opere ibi serviles nuptiae quam liberales
etiam curari solent. Id ni fit, mecum pignus, si quis volt, dato in
urnam mulsi, Poenus dum iudex siet, vel Graecus adeo, vel
mea caussa Apulus*

*81 ss.: Ea invenietur et pudica et libera, ingenua Atheniensis;
neque quicquam stupri faciet profecto, in hac quidem
comoedia*

*85 ss.: argentum si quis dederit, ut ego suspicor, ultro ibit
nuptum, non manebit auspices. Tantum est. Valet, bene rem
gerite, [et] vincite virtute vera, quod fecistis antidhac*

ACTUS I

*95 ss.: possisne necne clam me sutelis tuis praeripere Casinam
uxorem, proinde ut postulas. Quid tibi negotist mecum? Quid
ais, inprudens? Quid in urbe reptas, vilice haud magni preti?
Lubet. Quin ruri's in praefectura tua? Quin potius quod legatum
est tibi negotium, id curas, atque urbanis rebus te apstines?
Huc mihi venisti sponsam praereptum meam. Abi rus, abi
diereptus tuam in provinciam*

106 ss.: *Ego huc quod veni in urbem si impetravero, uxorem ut istam ducam quam tu deperis, bellam et tenellam Casinam, conservam tuam, quando ego eam mecum rus uxorem abduxero, ruri incubabo usque in praefectura mea. Tun illam ducas? hercle me suspensio quam tu eius potior fias satius mortuom. Mea praedast illa*

114: *Ex sterculino ecfosse, tua illaec praeda sit?*

116: *Quot te modis, si vivo, habebo in nuptiis miserum meis!*

118 ss.: *Primum omnium huic lucebis novae nuptae facem; postilla ut semper inprobus nihilique sis, postid locorum quando ad villam veneris, dabitur tibi amphora una et una semita, fons unus, unum ahenum et octo dolia*

124 s.: *Ita te aggerunda curvom aqua faciam probe, ut postilena possit ex te fieri*

127: *aut quasi lumbricus terram, quod te postules gustare quicquam*

141: *Nunc, ne tu te mihi respondere postules, abeo intro*

ACTUS II

145 ss.: *Ego huc transeo in proximum ad meam vicinam. Vir si quid volet me, facite hinc accersatis. Prandium iusserat senex sibi parari*

150 ss.: *Quando is mi et filio advorsatur suo animi amorisque caussa sui, flagitium illud hominis, ego illum fame, ego illum*

siti, maledictis, malefactis amatorem ulciscar. Ego pol illum probe incommodis dictis angam; faciam uti proinde ut est dignus vitam colat, Accheruntis pabulum, flagiti persequentem, stabulum nequitiae

165: *Sequimini, comites, in proximum me huc*

168 s.: *Nam ubi domi sola sum, sopor manus calvitur. Iussin colum ferri mihi?*

174: *Ita solent omnes quae sunt male nuptae*

190 ss.: *nec mihi ius meum optinendi optio est. Mira sunt, vera si praedicas; nam viri ius suum ad mulieres optinere hau queunt. Quin mihi ancillulam ingratiis postulat, quae mea est, quae meoeducta sumptu siet, Vilico suo se dare*

199 ss.: *Nam peculi probam nihil habere addecet clam virum et, quae habet, partum ei hau commode est, quin viro aut suptrahat aut stupro invenerit. Hoc viri censeo esse omne quicquid tuum est*

210 ss.: *semper tu huic verbo vitato aps tuo viro. Quoi verbo? Ei foras, mulier*

227: *Sed uxor me excruciat, quia vivit*

229 s.: *Uxor mea meaque amoenitas, quid tu agis? Abi atque apstine manum. Heia, mea Iuno, non decet esse te tam tristem tuo Iovi*

232: *Opsecro, sanus es? Sanus*

236: *Oh, perii. Manufesto miser teneor*

243: *Scio plus quam tu me arbitrare*

247 ss.: *Di me et te infelicient, si ego in os meum hodie vini guttam indidi! Immo age ut lubet, bibe, es, disperde rem. Ohe, iam satis, uxor, est, comprime te, nimium tinnis*

254 s.: *Super ancilla Casina; ut detur nuptum nostro vilico, servo frugi*

257 s.: *[potius] quam illi servo nequam des armigero nili atque inprobo, quoi homini hodie peculi nummus non est plumbeus*

263 ss.: *Quia, si facias recte aut commode, me sinas curare ancillas, quae mea est curatio. Qui, malum, homini scutigerulo dare lubet? Quia enim filio nos oportet opitulari unico. At quamquam unicust, nihilo magis ille unicust mihi filius quam ego illi pater; illum mi aequiust quam me illi quae volo concedere*

268 s.: *Ut enim frugi servo detur potius quam servo inprobo. Quid si ego impetro atque exoro a vilico, causa mea ut eam illi permittat?*

275: *Hercules dique istam perdant, quod nunc liceat dicere*

279 ss.: *Qui illum di omnes deaeque perdant! Te... uxor aiebat tua me vocare. Ego enim vocari iussi*

282 ss.: *stultitia est ei te esse tristem quoius potestas plus potest. Probum et frugi hominem iam pridem esse arbitror. Intellego. Quin, si ita arbitrare, emittis me manu?*

288 ss.: *Casinam ego uxorem promisi vilico nostro dare. At tua uxor filiusque promiserunt mihi. Scio. Sed utrum nunc tu caelibem te<d> esse mavis liberum, an maritum servom aetatem degere et gnatos tuos?*

293: *Liber si sim, meo periculo vivam; nunc vivo tuo*

299: *ibi ego te et suffragatores tuos ulciscar*

304 s.: *Iam metuo ne Olympionem mea uxor exoraverit ne Casinam ducat*

311 ss.: *era, qua istuc opera a me impetres, quod postulas. Salvos sum; salva spes est, ut verba audio. Quid tu me <t>u<a>, era, libertate territas? Quin si tu nolis filiusque etiam tuos, vobis invitis atque amborum ingratiis una libella liber possum fieri*

322 ss.: *Orat, opsecrat, ne Casinam uxorem ducam. Quid tu postea? Negavi enim ipsi me concessurum Iovi, si is mecum oraret*

327 ss.: *Credo edepol esse, siquidem tu frugi bonae es. Verum edepol tua mihi odiosa est amatio; inimica est tua uxor mihi, inimicus filius, inimici familiares*

335 ss.: *Sed tandem si tu Iuppiter sis mortuos, cum ad deos minoris redierit regnum tuum, quis mihi subveniet tergo aut capiti aut cruribus?*

340: *Non hercle opinor posse: ita uxor acriter tua instat ne mihi detur*

354: *Ille edepol videre ardentem te extra portam mortuam*

364 s.: *Atqui ego censui aps te posse hoc me[cum] impetrare, uxor mea, Casina ut uxor mihi daretur, et nunc etiam censeo*

371: *Sed te uterque tuo pro iure ego atque hic oramus*

375: *Optimum atque aequissimum istud esse iure iudico*

380: *Vide ne quae illic insit alia sortis sub aqua. Verbero, mente censes esse?*

387 ss.: *Uxor, aequa. Noli uxori credere. Habe animum bonum. Credo hercle, hodie devotabit sortis, si attigerit*

390: *Mihi ut sortito eveniat.. Ut quidem hercle pedibus pendeas*

395 ss.: *Perdis me. Lucrum facit. Bene facis. Deos quaeso ut tua sors ex sitella ecfugerit. Ain tu? quia tute es fugitivos, omis te imitari cupis?*

404: *Percide os tu illi odio: age, ecquid fit? <Ca>ve obiexis manum*

406 ss.: *Quid tibi istunc tactio est? Quia Iuppiter iussit meus. Feri malam, ut ille, rusum. Perii; pugnis caedor, Iuppiter! Quid tibi tactio hunc fuit? Quia iussit haec Iuno mea. Patiundum est, siquidem me vivo mea uxor imperium exhibet*

412: *Temperi, postquam oppugnatum est os. Age, uxor [mea], nunciam sorti*

416 ss.: *Iamne mortuo's? Ostende: mea est. Mala crucias quidem. Victus es, Chaline. Quom nos di iuvere, Olympio, gaudeo. Pietate factum est mea atque maiorum meum. Intro abi, uxor, atque adorna nuptias. Faciam ut iubes*

424 ss.: *Si nunc me suspendam, meam operam luserim, et praeter operam restim sumpti fecerim, et meis inimicis voluptatem creaverim. Quid opus est, qui sim mortuos equidem tamen? Sorti sum victus; Casina nubet vilico*

437 s.: *ego remittam ad te virum cum furca in urbem tamquam carbonarium*

451: *erit hodie tecum quod amas clam uxorem*

468: *ut mihi bona multa faciam <clam> meam uxorem!*

471: *Iam hercle amplexari, iam osculari gestio. Sine priu's deduci*

474: *Potest, siquidem cras censes te posse <e>mitti manu*

477: *Apud hunc sodalem meum atque vicinum mihi locus est paratus*

480 s.: *Quid ei'us uxor? ubi erit? Lepide repperi; mea uxor vocabit huc eam ad se in nuptias*

483 ss.: *Ego iussi, et dixit se facturam uxor mea. Illa hic cubabit, [si] vir aberit faxo domo. Tu rus uxorem duces: id rus hoc erit, tantisper dum ego cum Casina faciam nuptias*

497: *Vin lingulacas? Quid opust, quando uxor domi est?*

501: *Argento parci nolo; oponato ampliter*

504: *Tribu' non conduci possum libertatibus*

507: *Manufesto teneo in noxia inimicos meos*

509 s.: *nostra omnis lis est; pulcre praevortar viros. Nostro omine it dies; iam victi vicimus*

ACTUS III

519: *quoi sit uxor, id quoque illuc ponito ad compendium*

521: *Fac vacent aedes. Quin edepol servos, ancillas domo certum est omnis mittere ad te*

526 s.: *Cura, ego ad forum modo ibo; iam hic ero. Bene ambula. Fac habeant linguam tuae aedes. Quid ita? Quom veniam, vocent*

533 ss.: *Liberae aedes ut sibi essent, Casinam quo deducerent. Nunc adeo nequaquam arcessam, <ne illis> ignavissimis liberi loci potestas sit, vetulis vervecibus. Sed eccum egreditur senati columen, praesidium populi*

539 ss.: *Mirror huc iam non arcessi in proximum uxorem meam, quae iam dudum, si arcessatur, ornata exspectat domi. Sed eccam, opino, arcessit*

542: *Ubi tua uxor? Intus illa te, si se arcessas, manet*

549 ss.: *Quid ego nunc faciam? flagitium maxumum feci miser propter operam illius hirqui inprobi edentuli, qui hoc mihi contraxit. Operam uxoris polliceor foras quasi catillatum. Flagitium hominis, qui dixit mihi suam uxorem hanc arcessiturum esse; ea se eam negat morarier*

556: *si quid eiuis esset, esset mecum postulatio*

562 ss.: *Sed eccum incedit; at quom aspicias tristem, frugi censeas. Stultitia magna est, mea quidem sententia, hominem amatorem ullum ad forum procedere, in eum diem quoi quod amet in mundo siet, sicut ego feci stultus: contrivi diem, dum asto advocatus quoidam cognato meo. Quem hercle ego litem adeo perdidisse gaudeo, ne me nequiquam sibi hodie advocaverit. Nam meo quidem animo, qui advocatos advocet, rogitare oportet prius et contarier, adsitne ei animus necne <ei> adsit quem advocet*

574: *Sed uxorem ante aedis eccam. Ei misero mihi!*

580 ss.: *Arcessivi ut iusseras; verum hic sodalis tuos, amicus optumus, nescioquid se sufflavit uxori suae; negavit posse, quoniam arcesso, mittere*

585 ss.: *Non matronarum officiumst, sed meretricium, viris alienis, mi vir, subblandirier. I tu atque arcesse illam*

591 ss.: *Viso huc, amator si a foro rediit domum, qui me atque uxorem ludificatust, larva. Sed eccum ante aedis. Ad te hercle ibam commodum*

596 s.: *Ut bene vocivas aedis fecisti mihi! Ut traduxisti huc ad nos uxorem tuam!*

599 ss.: *Quin tu suspendis te? nemp' tute dixeras tuam arcessiturum esse uxorem uxorem meam. Ego arcessivisse ait sese et dixisse te eam non missurum*

604: *Quin eapse me adlegavit qui istam arcesserem*

609 ss.: *Quin hercle di te perdant postremo quidem. Quid nunc? missurun es ad me uxorem tuam? Ducas easque in maxumam malam crucem cum hac, cum istac, cumque amica etiam tua. Abi et aliud cura; ego iam per hortum iussero meam istuc transire uxorem ad uxorem tuam*

621 s.: *Nulla sum, nulla sum: tota, tota occidi. Cor metu mortuomst, membra miserae tremunt*

628 s.: *ne quid in te mali faxit ira percita. Eripite isti gladium, quae suist impos animi*

638 s.: *Timeo hoc negoti quid siet, nisi haec meraco se uspiam percussit flore Liberi*

643: *Pectus, auris, caput, teque di perduint!*

653 s.: *Timor praepedit dicta linguae. Possum scire ego istuc ex te quid negoti est?*

655: *Tua ancilla, quam tuo vilico vis dare uxorem, ea intus..*

660: *Gladium...Hem! Gladium...Quid eum gladium? Habet*

662: *Insectatur omnis domi per aedis*

665: *Occidi atque interii!*

667: *Insanit. Scelestissimum me esse credo*

670 ss.: *Per omnis deos et deas deieravit occisurum eum hac nocte quicum cubaret. Men occidet? An quippiam ad te attinet? Vah! Quid cum ea negoti tibist? Peccavi*

691 ss.: *Sed etiamne habet nunc Casina gladium? Habet, sed duos. Quid, duos? Altero te occisurum ait, altero vilicum hodie. Occisissimus sum omnium qui vivont*

704 ss.: *Timor praepedit verba. Verum, opsecro te, dic med uxorem orare, ut exoret illam gladium ut ponat et redire me intro ut liceat. Nuntiabo. Et tu orato. Et ego orabo. At blande orato ut soles. Sed audin?*

719 s.: *Redit eccum tandem opsonatu meus adiutor: pompam ducit. Vide, fur, ut sentis sub signis ducas*

722: *Ita quoquo adueniunt, ubi ubi sunt, duplici damno dominos multant*

734 s.: *Eru' sum. Quis erus? Quoius tu servo's. Servos ego? Atque meus. Non sum ego liber?*

739: *Opsecro te, Olympisce mi, mi pater, mi patrone*

748: *Sed lepide nitideque volo; nil moror barbarico bliteo*

751: *Gladium Casinam intus habere ait, qui me atque te interimat*

ACTUS IV

763: *Omnes festinant intus totis aedibus*

767 s.: *Vilicus is autem cum corona, candide, vestitus, lautus exornatusque ambulat*

774 ss.: *Aulas pervortunt, ignem restingunt aqua; illarum oratu faciunt. Ille autem senem cupiunt extrudere incenatum ex aedibus*

780 ss.: *Si sapitis, uxor, vos tamen cenabitis, cena ubi erit cocta; ego ruri cenavero. Nam novom maritum et novam nuptam volo rus prosequi – novi hominum mores maleficos – ne quis eam abripiat*

787: *cras habuero, uxor, ego tamen convivium*

796 ss.: *Sed eccum progreditur cum corona et lampade meu' socius, compar, commaritus, vilicus. Age, tibicen, dum illam educunt huc novam nuptam foras, suavi cantu concelebra omnem hanc plateam hymenaeo mi*

807: *Censeo; et ego te audiutabo in nuptiis communibus*

810: *illo morbo, quo dirrumpi cupio, non est copiae*

815 ss.: *Sensim super attolle limen pedes, mea nova nupta. Sospes iter incipe hoc, uti viro tuo semper sis superstes, tuaque ut potior pollentia sit, vincasque virum victrixque sies, tua vox superet tuomque imperium; vir te vestiat, tu virum despolies. Noctuque et diu ut viro subdola sis, opsecro, memento*

829 s.: *Age, Olympio, quando vis uxorem accipe hanc ab nobis. Date ergo, daturae si umquam estis hodie uxorem*

835 s.: *Iamne apscessit uxor? Domist; ne time. Evax! Nunc pol demum ego sum liber*

849 ss.: *Pectus mi icit non cubito, verum ariete. Quid tu ergo hanc, quaeso, tractas tam dura manu? At mihi, qui belle hanc tracto, non bellum facit*

852: *Quid negotist? Opsecro, ut valentulast!*

ACTUS V

855 s.: *Acceptae bene et commode eximus intus ludos visere huc in viam nuptialis*

862 ss.: *Optunso ore nunc pervelim progredi senem, quo senex nequior nullu' vivit, ni ill' quidem nequiozem arbitrare esse qui locum illi praebet*

876: *tantum erus atque ego flagitio superavimu' nuptiis nostris!*

881: *Ubi intro hanc novam nuptam deduxi, recta via in conclave abduxi*

887: *Reppulit mihi manum neque enim dare sibi savium me sivit*

894: *Opsecro, ubi tua nova nuptast? Perii hercle ego, manifesta res est*

903: *Flagitium est. Cavebunt qui audierint faciant*

909 s.: *Dum gladium quaero ne habeat, arripio capulum. Sed quom cogito, non habuit gladium; nam esset frigidus*

921: *Illa hau verbum facit, et saepit veste id qui estis <mulieres>*

929 s.: *Ita quasi saetis labra mihi compungit barba **** continuo in genua ut astiti, pectu' mihi pedibus percutit*

935: *Quid nunc? satin lepide adita est vobis manu'?*

941 ss.: *<Om>nia palam sunt probra; omnibus modis occidi miser. **** ita manifesto faucibus teneor. **** quibus modis purgem scio me meae uxori. ***** que expalliatum sum miser. **** clandestinae nuptiae. **** censeo ***** mihi optimum est ***** intro ad uxorem meam sufferamque ei meum tergum ob iniuriam*

954: *nescio nisi ut improbos famulos imiter ac domo fugiam*

961: *Occidi, revocor. Quasi non audiam, abibo*

963: *Ubi tu es qui colere mores Massiliensis postulas?*

966: *Nunc ego tecum aequom arbitrum extra considium captavero*

969 s.: *lubeo te saluere, amator. Ecce autem uxor obviamst. Nunc ego inter sacrum saxumque sum, nec quo fugiam scio*

972: *Hercle, opinor, permutabo ego illuc nunc verbum vetus*

976 s.: *In adulterio, dum moechissat Casinam, credo, perdidit. Occidi*

979 ss.: *Bacchae hercle, uxor... Bacchae? Bacchae hercle, uxor...Nugatur sciens. Nam ecastor nunc Bacchae nullae ludunt. Oblitus fui. Sed tamen Bacchae...Quid Bacchae?*

993 s.: *nam tu maxumo me opsecravisti opere Casinam ut poscerem uxorem mihi, tui amoris causa*

1000: *Sed, uxor, da viro hanc veniam*

1003 s.: *nulla caussast, quin pendentem me, uxor, virgis verberes. Censeo ecastor veniam hanc dandam*

1007: *Tuaen fidei credo? Meae*

1010 s.: *Mihi quidem edepol insignite factast magna iniuria. Duobus nupsi, neuter fecit quod novae nuptae solet*

1013 ss.: *Haec Casina huius reperietur filia esse ex proxumo, eaque nubet Euthynico nostro erili filio. Nunc vos aequomst manibus meritis meritam mercedem dare. Qui faxit, clam uxorem ducet semper scortum quod volet*

Cistellaria

Argumentum

3 ss.: *Syconia aequae parit puellam. Hanc servolus tollit atque exponit, et ex insidiis aucupat. Eam sublatam meretrix alii detulit. Lemno post rediens ducit quam compresserat, Lemnique natam [de]spondet adolescentulo*

10: *itaque lege et rite civem cognitam*

ACTUS I

21: *Iusque fasque est; nemo alienus hic est*

25: *ubi istas videas summo genere natas, summatis matronas*

29 ss.: *nostra copia nil volunt nos potesse sui que omnium rerum nos indigere, ut sibi simus supplices*

36 ss.: *Viris cum suis praedicant nos solere; suas paelices esse aiunt; eunt depressum. Quia nos libertinae sumus, et ego et tua mater, ambae meretrices fuimus; illa te, ego hanc mihi educavi ex patribus conventiciis. Neque ego hanc superbiai causa pepuli ad meretricium quaestum, nisi ut ne essurirem*

45: *Nam si haec non nubat, lugubri fame familia pereat*

50 ss.: *multisque damno et mihi lucro sine meo saepe eri' sumptu. Di faxint! Sine opera tua nil di horunc facere possunt*

58: *Noli, obsecro, lacrumis tuis mihi exercitum imperare*

64: *Tuam stultitiam sola facito ut scias sine aliis arbitris*

71 ss.: *Ad istam faciem est morbus, qui me, mea Gymnasium, macerat. Perfidiosus est amor. Ergo in me peculatum facit. Bono animo es; erit isti morbo melius. Confidam fore, si medicus veniat, qui huic morbo facere medicinam potest*

76 ss.: *Sed ego mea culpa et stultitia peius misera maceror, quom ego illum unum mi exoptavi, quicum aetatem degerem. Matronae magi' conducibilest istuc, mea Selenium, unum amare et cum eo aetatem exigere, quoi nuptast semel*

82 ss.: *qua accersitae causa ad me estis, eloquar. Nam mea mater, quia ego nolo me meretricem dicier, obsecutast, gessit morem oranti morigere mihi, ut me, quem ego amarem graviter, sineret cum eo vivere*

89 s.: *Opsecro, quo is homo insinuavit pacto se ad te? Per Dionysia mater pompam me spectatum duxit*

95 s.: *consuetudine coepi amare contra ego illum, et ille me...O mea Selenium, adsimulare amare oportet*

98 ss.: *At ille conceptis iuravit verbis apud matrem meam me uxorem ducturum esse; ei nunc alia ducendast domum, sua cognata Lemniensis, quae habitat hic in proxumo, nam eum pater eius subegit*

103 ss.: *postquam hanc rem resciverim, eum uxorem ducturum esse aliam. Nil Amori iniuriumst. Nunc te amabo, ut hanc hi<c unum> triduum hoc solum sinas esse et hic servare apud me; nam ad matrem accersita sum. Quamquam mi istud erit molestum triduum, et damnum dabis, faciam*

114: *Inmundas fortunas aequum est squalorem sequi*

125 ss.: *Adulescens quidam hic est adprime nobilis; - quin ego nunc quia sum onusta mea ex sententia, quiaque adeo me complevi flore Liberi, magi' libera uti lingua conlibitum est mihi*

130 s.: *Sicyone summo genere ei vivit pater; is amore misere hanc deperit mulierculam*

136 ss.: *recens natum eapse quod sibi supponeret. Ubi mihi potestas primum evenit, ilico feci eius ei quod me oravit copiam. Postquam eam puellam a me <d> accepit, ilico eandem puellam peperit, quam a me acceperat, sine obstetricis opera et sine doloribus, item ut aliae pariunt, quae malum quaerunt sibi. Nam amatorem aibat esse peregrinum sibi suppositionem eius facere gratia*

150 ss.: *Satin vix reliquit deo quod loqueretur loci, ita properavit de puellae proloqui suppositione. Quod si tacuisset, tamen ego eram dicturus, deu' qui poteram, planius*

162 s.: *Tum illa quam compresserat decumo post mense exacto hic peperit filiam*

165 s.: *paternum servum sui participat consili; dat eam puellam ei servo exponendam ad necem*

168 s.: *ille clam observavit servos <qui eam proiecerat>, quo aut quas in aedis haec puellam deferat*

172 ss.: *eaque educavit eam sibi pro filia bene ac pudice. Tum illic autem Lemnius propinquam uxorem duxit, cognatam suam*

176 ss.: *Post<quam> ille uxori iusta fecit, ilico huc commigravit. Duxit uxorem hic sibi eandem quam olim virginem hic compresserat*

180 ss.: *Illa illi dicit eius se ex iniuria peperisse gnatam atque eam se servo ilico dedisse exponendam. Ille extemplo servolum iubet illum eundem persequi, siqua queat reperire quae sustulerit. Ei rei nuc suam operam usque adsiduo servus dat, si possiet meretricem illam invenire, quam olim tollere, cum ipse exponebat, ex insidiis viderat*

195 s.: *Pater adulescenti dare volt uxorem. Hoc ubi mater rescivit, iussit accersi eam domum*

199 ss.: *Servate vestros socios, veteres et novos, augete auxilia vestris iustis legibus, perditae perduellis, parite laudem et lauream, ut vobis victi Poeni poenas sufferant*

ACTUS II

221 s.: *Maritumis moribu' mecum experitur: ita meum frangit amantem animum*

225 ss.: *Ita pater apud villam detinuit me hos dies sex ruri continuos, neque licitum interea est meam amicam visere <misero>*

236 ss.: *Fidem da. Do, non facturum esse me. Sed ego primum tot qui ab amica abesse potuerim dies, sum nili*

240 ss.: *Frugi numquam eris. Praesertim quae coniurasset mecum et firmasset fidem. Neque deos neque homines aequom est facere tibi posthac bene. Quae esset aetatem exactura mecum in matrimonio... Compedis te capere oportet neque eas unquam ponere. Quae mihi esset commendata et meae fidei concredita... Hercle te verberibus multum caedi oportere arbitror*

249 s.: *Sed quid auctor nunc mihi es? Dicam tibi: supplicium illi des; suspendas te, ne tibi suscenseat*

256: ***** *mihi saxeu* *****

259: ***** *dei vostram fidem*

268: *censen iuss*****

275: * *si conclusos vos <me> habere in carcere*

280: *nam qui amant stulte atque immodeste atque inprobe*

284 ss.: *I, adfer mihi arma. Arma? Et loriam adducito. Loriam adducam? ** <add>ucere. I, curre, equom adfer. [Peri] Hercle hic insanit miser. Abi atque hastatos multos, multos velites, multos cum multis.... nil moror precario. Ubi sunt quae iussi? Sanus hic non est satis*

302: *expurges, iures, ores blande per precem eamque exores, ne tibi suscenseat*

ACTUS III

310: *Me vocato, ne sola sis*

312 ss.: *Nimi' lepide <ex>concinnavit hasce aedis Alcesimarchus. Ut quo<m Ven>us adgreditur <place>t! lepidumst amare semper. Venerem meram haec aedes olent, quia amator expolivit*

319: *Nam hasce aedis conductas habet meu' gnatus, haec ubi astat*

321: *mali damnique inlecebra, salve*

370 ss.: *Nisi <tu>us modo unus filius, quem quidem ego amem alius nemo est. At ego a ***. Nil moror: damno sunt <tui> mihi s<imil> es*

372: *Visne est is arbitratus?*

374 s.: *Me respondere postulas? iniurium est. Stipulari semper me ultro oportet a viris*

451 s.: *Repudio te fraterculum. Tum tu igitur, mea matercula. Repudio te puerculum. Opsecro te...*

454 s.: *Satis sapit mi tuis periuri<is> ver * s ita sunt, at nunc non potest. Supplicium polliceri volo*

457: *patior iur****

458 s.: *Verba dare *** Non illa ta * * <P>ol hi qui *** a qui frangant foedera*

466 s.: *omnes mortales v<o>c<ant Mole<stu>m> ** constitu<m>. Quo ***** <o>bsecro. At fru<stra ob>s<ec>ras*

470 ss.: *Dabo ius iurandum *** niu ***** vum. At ego nunc <ab i>llo m<ihi caveo> iure iurando <tuo> simil<est> ius iurandum am<antum> qua<si i>us <c>onfusium*

477: *Supplicium dabo a<urum et pa>ll<am>*

481 ss.: *<Di> deaeque illam perdant pariter - *** umquam si hoc fallo. Nil moror * <fa>lsum fallis, eo ***** at fides. Postremo si mihi dedisses verba, dis numquam dares. Quin equidem illam duc<am> ux<orem>*

492: *Eo facetu's quia tibi alias sponsa locuples Lemnia*

495: *verum tamen hau metuo ne ius iurandum nostrum quisquam culpitet*

497 ss.: *Di me perdant... Quodcumque optes, tibi velim contingere. Si illam uxorem duxero umquam, mihi quam despondit pater. Et me, si umquam tibi uxorem filiam dedero meam. Patierin me peiierare?*

502 ss.: *Abi, quaere, ubi iuri iurando tuo sit satis supsidi. Hic apud nos iam, Alcesimarche, confregisti tesseram*

505: *Inter novam rem verbum usurpabo vetus*

507: *Non remittes? Scis iam dudum omnem meam sententiam*

512 ss.: *At ita me di deaeque superi atque inferi et medioxumi, itaque me Iuno regina et Iovi' suprema filia, itaque me Saturnus eius patruos. Ecastor pater*

516: *Iuno filia et Saturnus patruos et summus pater!*

520 ss.: *Enim vero ita me Iuppiter, itaque me Iuno, itaque Ianus, ita... quid dicam nescio... iam scio... immo, mulier, audi, meam*

*ut scias sententiam: di me omnes magni minutique et etiam patellarii faxint, ne ego *** vivos savium Selenio, nisi ego teque tuamque filiam aequae hodie obtruncavero, poste autem cum primo luci cras nisi ambo occidero*

530 s.: *ubi odium occeperit, illam extrudet; tum hanc uxorem Lemniam ducet domum*

532 s.: *Postremo quando aequa lege pauperi cum divite non licet, perdam operam potius quam carebo filia*

548 ss.: *Illam quae meam gnatam sustulerat? Rem tenes. Quid postea? Dico ei, quo pacto eam ab hippodromo viderim erilem nostram filiam sustollere*

552 s.: *nam mihi ab hippodromo memini adferre parvolam puellam eamque me mihi supponere*

556 ss.: *illaec te<d> anus fortu<nis> ex secundis ad mi>seras vocat; nam illaec tibi nutrix est, ne matrem censeas. Ego te reduco et voco ad divitias, ubi tu locere in luculentam familiam, und' tibi talenta magna viginti pater det dotis; non enim hic, ubi ex Tusco modo tute tibi indigne dotem quaeras corpore*

567 ss.: *anus ei <quom> amplexast genua, plorans, obsecrans, ne deserat se: eam suam esse filiam seque eam peperisse sancte adiurabat mihi*

573 s.: *Servate di me<d>, obsecro. At me perditis. Quo<i> illam dedisset exquisisse oportuit*

579: *"Avecta est" inquit "peregre hinc habitatum"*

583: *donec se adiurat anus iam mihi monstrare*

587: *commune quacum id esset sibi negotium*

595: *Perfectum ego hoc dabo negotium. Deos teque spero*

597 s.: *Men, mulier, vocas? Te. Quid negoti est? nam occupatus sum ampliter*

600 s.: *Nempe istic est, qui Alcesimarcho filiam suam despondit in divitias maxumas?*

616 ss.: *Prius hanc compressit, quam uxorem duxit domum; priu' gravida facta est priu'que peperit filiam. Eam postquam peperit, iussit parvam proici*

624: *Dis hercle habeo gratiam*

630: *Ibo domum atque ad parentes re<d>ducam Selenium*

ACTUS IV

632: *ut eorum quoniam esse oportet te sis potius quam mea*

635 s.: *Nam hic crepundia insunt, quibuscum te illa olim ad me detulit, quae mihi dedit, parentes te ut cognoscant facilius*

648 ss.: *Nam hercle iam ad me adglutinandam totam decretum est dare. Ubi estis, servi? occludite aedis pessulis, repagulis, ibo, hanc ego tetulero intra limen. Abiit, abstulit mulierem*

ACTUS V

660 s.: *Scelestiorem in terra nullam esse alteram: omnia infitari ia<m>, quae dudum confessa est mihi*

663: *Di, obsecro vostram fidem.... Quid deos obsecras?*

665: *haec sunt, quibu'cum tu extulisti nostram filiolum ad necem. Sanane es?*

667 ss.: *Si mihi alia mulier istoc pacto dicat, dicam esse ebriam. Non ecastor falsa memoro. Nam, obsecro, unde haec gentium? An quis deus obiecit hanc ante ostium nostrum, quasi dedita opera in tempore ipso? Spes mihi sancta subveni!*

694: *oculis investigates, astute augura*

704 ss.: *Mulier, mane: sunt qui volunt te conventam. Quis me revocat? Bona femina et malu' masculus volunt te. ***** postremo ille plus qui vocat scit quod velit quam ego quae vocor*

714 ss.: *quae me opere tanto servare iussit, qui suos Selenium parentes facilius posset noscere, quae erae supposita est parva, quam quaedam meretrix ei dedit*

717 s.: *Hanc scire oportet filia tua ubi sit, signa ut dicit. Nunc eam volt suae matri et patri, quibu' nata est, reddere ultro*

726 s.: *Alienum *** et maerorem familiarem. Mala mers, era, haec et callida est. Ecastor ita videtur. Imitatur nequam bestiam et damnificam*

732 s.: *Non edepol praeda magna. Mirum quin grex venalium in cistella infuerit una*

737 ss.: *At sibi ille quidam volt dari mercedem. At pol illa quaedam, quae illam cistellam perdidit, quoidam negat esse quod det. At enim ille quidam o<peram bonam magis> quam argentum expet<ess>it. At pol illi quoidam mulieri nulla opera gratuita est*

744 s.: *sociam te mihi adopto ad meam salutem. Quid istuc negoti est?*

747: *Hariolare. Sed quaeso, ambages, mulier, mitte atque hoc age*

760 ss.: *Aequom est *** per fidem quod creditum est, ne bene merenti sit malo benignitas. Nostra haec alumna est tua profecto filia: et redditura est tuam tibi et ea gratia domo profecta est. Ceterum ex ipsa, obsecro, exquaeritote: ego serva sum. Aequom postulas*

774 s.: *Quid hoc negoti est, quod omnes homines fabulantur per vias mihi esse filiam inventam?*

776 ss.: *Ere, unde is? Ex senatu. Gaudeo tibi mea opera liberorum esse amplius. Enim non placet: nil moror aliena mi opera fieri pluris liberos. Sed quid istuc est? Propera ire intro huc ad adfinem tuom; filiam tuam iam cognosces. Intus ibidem uxor tua est*

783: *nemo exhibit, omnes intus conficient negotium*

787: more maiorum date plausum postrema in comoedia

Curculio

Argumentum

5 s.: ut amicam mittat, pretium lenoni dedit. Lyconem miles ac lenonem in ius rapit

8: oratu cuius Phaedromo nuptum locat

ACTUS I

3 ss.: Quo Venu' Cupido<que> imperat suadetque Amor; si media nox est sive est prima vespera, si statu' condictus cum hoste intercedit dies

13: Si rogitem, quid respondeas? Hoc Aesculapi fanum est

19: Quid tu ergo, insane, rogitas valeatne ostium?

24 ss.: Numquid tu quod te aut genere indignum sit tuo facis aut inceptas facinus facere, Phaedrome? Nam tu pudicae quoipiam insidias locas aut quam pudicam oportet esse? Nemini, nec me ille sirit Iuppiter

30 ss.: Semper curato ne sis intestabilis. Quid istuc est verbi? Cautè ut incedas via; quod amas ama<to> testibus praesentibus

33 ss.: Nemo hinc prohibet nec votat quin quod palam est venale, si argentum est, emas. Nemo ire quemquam publica

*prohibet via. Dum ne per fundum saeptum facias semitam,
dum ted apstineas nupta, vidua, virgine, iuventute et pueris
liberis, ama quid lubet*

40: *Quia scelestam servitatem serviunt*

49: *Malu' clandestinus est amor, damnumst merum*

50 ss.: *Iamne ea fert iugum? Tam a me pudica est quasi soror
mea sit, nisi si est osculando quippiam in pudicior*

55: *Qui e nuce nuculeum esse volt, frangit nucem*

61 ss.: *Id eo fit, quia hic leno, <hic qui> aegrotus incubat in
Aesculapi fano, is me excruciat. Quid est? Alias me poscit pro
illa triginta minas, alias talentum magnum; neque quicquam
queo aequi bonique ab eo impetrare. Iniuriu's, qui quod lenoni
nulli est id ab eo petas. Nunc hinc parasitum in Cariam misi
meum petitum argentum a meo sodali mutuom*

70 ss.: *Si deos salutas, dextrovorsum censeo. Nunc ara Veneris
haec est ante horunc fores. Me inferre Veneri vovi iaientaculum.
Quid? an te pones Veneri iaientaculo?*

91: *Exsuscitate vostram huc custodem mihi*

97 s.: *Salve, anime mi, Liberi lepos; Ut veteri' vetu' tui cupida
sum! Nam omnium unguentum odos prae tuo nauteast*

123 ss.: *Venus, de paullo paullulum hic tibi dabo hau lubenter;
nam tibi amantes propinantes vinum potantes dant omnes;
mihi haud saepe eveniunt tales hereditates*

129: *Periisse ut te dicas. Male tibi di faciant!*

138 ss.: *Phaedrome mi, ne plora, amabo; tu me curato ne sitiam, ego tibi quod amas iam huc adducam. Tibi ne ego, si fidem servas mecum, vineam pro aurea statua statuam, quae tuo gutturi sit monumentum*

144 ss.: *nam confido parasitum hodie adventurum cum argento ad me. Magnum inceptas, si id exspectas quod nusquamst. Quid si adeam ad fores atque occentem? Si lubet, neque voto neque iubeo, quando ego te video inmutatis moribus esse, ere, atque ingenio*

149 ss.: *gerite amanti mihi morem, amoenissumi; fite caussa mea ludii barbari, sussilite, opsecro, et mittite istanc foras, quae mihi misero amanti ebibit sanguinem*

163: *Ubi tu es qui me convadatu's Veneriis vadimoniis?*

167 ss.: *Sum deus. Immo homo hau magni preti. Quid vidisti aut quid videbis magis dis aequiperabile?*

170 s.: *Ipsu' se excruciat qui homo quod amat videt nec potitur, dum licet. Recte obiurgat*

174 ss.: *nec prohibere quit nec prohibebit, nisi mors meum animum aps te abalienaverit. Enim vero nequeo durare quin ego erum accusem meum. Nam bonum est pauxillum amare sane, insane non bonum est: verum totum insanum amare, hoc est, quod meus eru' facit. Sibi sua habeant regna reges, sibi divitias divites, sibi honores, sibi virtutes, sibi pugnas, sibi proelia*

181: *Venerin pervigilare te vovisti, Phaedrome?*

184 ss.: *At meo more dormio; hic somnust mihi. Heus tu, mulier, male mereri de inmerente inscitia est. Irascere, si te edentem hic a cibo abigat. Ilicet; pariter hos perire amando video; uterque insaniunt*

191 ss.: *Tun etiam cum noctuinis oculis odium me vocas, ebriola persolla, nugae? Tum meam Venerem vituperas? Quod quidem mihi polluctus virgis servos sermonem serat?*

196 ss.: *Tuam fidem, Venu' noctuvigila! Pergin etiam, verbero? Noli, amabo, verberare lapidem, ne perdas manum. Flagitium probrumque magnum, Phaedrome, expergefaxis; bene monstrantem pugnīs caedis, hunc amas, nugas meras. hoccine fieri ut inmodestis hic te moderes moribus?*

208 ss.: *Ita me Venus amet, ut ego te hoc triduum numquam sinam in domo esse istac, quin ego te liberalem liberem*

213 s.: *Em, istoc verbo vindictam para; si amas, eme; ne rogites, facito ut pretio pervincas tuo*

214: *Iamne ego relinquor? pulchre, Palinure, occidi*

ACTUS II

217: *quando Aesculapi ita sentio sententiam*

221: *geminos in ventre habere videor filios*

226: *Adferre argentum credo*

234: *O scelerum caput, salveto*

239: *Tum te igitur morbus agitat hepaticiarius*

248 s.: *Vah, solus hic homost qui sciat divinitus. Quin coniectores a me consilium petunt; quod eis respondi, ea omnes stant sententia*

263: *Item alios deos facturos scilicet*

266 ss.: *namque incubare satius te fuerat Iovi, qui tibi auxilio in iure iurando fuit. Siquidem incubare velint qui peieraverint, locu' non praeberi potis est in Capitolio*

274: *Pro di immortales, quem conspicio?*

283 ss.: *Ita nunc subito propere et celere obiectumst mihi negotium; nec (usquam) quisquamst tam opulentus, qui mi opsistas in via, nec strategus nec tyrannus quisquam, nec agoranomus, nec demarchus nec comarchus, nec cum tanta gloria, quin cadat, quin capite sistat in via de semita*

299: *Nam ita nunc mos viget, ita nunc servitiumst*

307 s.: *Salvom gaudeo te advenire; cedo tuam mihi dexteram. Ubi sunt spes meae?*

309: *Tenebrae oboriuntur, genua inedia succidunt*

311: *datin isti sellam ubi adsidat cito et aequalem cum aqua?*

318: *Iuppiter te diqui perdant!*

322 s.: *nam illis conventis sane opus est meis dentibus. Pernam, abdomen, sumen suis, glandium*

329 s.: *Postquam tuo iussu profectus sum, perveni in Cariam; video tuom sodalem, argenti rogo uti faciat copiam*

333 ss.: *respondit mihi paucis verbis atque adeo fideliter, quod tibi est item sibi esse, magnam argenti inopiam. Perdis me tuis dictis. Immo servo et servatum volo. Postquam mihi responsumst, abeo ab illo maestus ad forum, med illo frustra advenisse*

339 s.: *prendit dexteram, seducit, rogat quid veniam Cariam; dico me illo advenisse animi caussa*

344 ss.: *Quia de illo emi virginem triginta minis, vestem, aurum; et pro his decem coaccedunt minae. 'Dedisti tu argentum?' inquam. 'Immo apud tarpezitam situm est illum quem dixi Lycon[id]em, atque ei mandavi, qui anulo meo tabellas opsignatas attulisset, ut daret operam, ut mulierem a lenone cum auro et veste abduceret*

350: *Revocat me ilico, vocat me ad cenam. Religio fuit, denegare nolui*

ACTUS III

371 ss.: *Subduxi ratiunculam, quantum aeris mihi sit quantumque alieni siet. Dives sum, si non reddo eius quibu' debeo. Si reddo illis quibu' debeo, plus alieni est. Verum hercle vero quom belle recogito, si magi' me instabunt, ad praetorem sufferam. Habent hunc morem plerique argentarii, ut alius alium*

poscant, reddant nemini, pugnīs rem solvant, si quis poscat clarius. Qui homo mature quaesivit pecuniam, nisi eam mature parsit, mature essurit. Cupio aliquem <mi> emere puerum, qui usurarius nunc mihi quaeratur; usus est pecunia

399 ss.: Adulescens, ob rem publicam hoc intus mihi quod insigne habeo, quaeso ne me incomities. Licetne inforare, si incomitiare non licet? Non inforabis me quidem, nec mihi placet tuom profecto nec forum nec comitium

412: Ut has tabellas ad eum ferrem

422: et has tabellas dare me iussit

428: Tuo arbitrato, dum auferam aps te id quod peto

432 ss.: Tecum oro et quaeso, qui has tabellas adferet tibi, ut ei detur quam istic emi virginem, quod te praesente isti egi teque interprete, et aurum et vestem. Iam scis ut convenerit: argentum des lenoni, huic des virginem

457 ss.: Argentum accipias, cum illo mittas virginem. Quid quod iuratus sum? Quid id refert tua, dum argentum accipias? Qui monet quasi adiuvat

ACTUS IV

465 s.: Quamquam cum istoc mihi negoti nil est – ipsi Phaedromo credidi-, tamen adservabo

469 ss.: si quem conventum velit vel vitiosum vel sine vitio vel probum vel improbum. Qui peiurum convenire volt hominem,

ito in comitium; qui mendacem et gloriosum, apud Cloacinae sacrum [Dites damnosos maritos sub basilica quaerito]. Ibidem erunt scorta exoleta quique stipulari solent

475: *In foro infumo boni homines atque dites ambulat*

478: *qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam*

480: *Sub Veteribus ibi sunt qui dant quique accipiunt foenore*

482: *In Tusco vico ibi sunt homines qui ipsi sese venditant*

485 s.: *Dites damnosos maritos apud Leucadium Oppiam. Sed interim fores crepuere: linguae moderandum est mihi*

490 s.: *Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali caussa manu adsereret, mihi omne argentum redditum eiri, minas triginta*

494 ss.: *Memini et mancupio tibi dabo. Egon ab lenone quicquam mancupio accipiam, quibu' sui nil est nisi una lingua, qui abiurant, siquid creditum est? alienos mancupatis, alienos manu <e>mittitis alienisque imperatis, nec vobis auctor ullus est nec vosmet estis ulli. Item genus est lenonium inter homines meo quidem animo*

502 ss.: *nec vobiscum quisquam in foro frugi consistere audet; qui constitit, culpant eum, conscipitur, vituperatur, eum rem fidemque perdere, tam etsi nil fecit, aiunt*

507 ss.: *Hi saltem in occultis locis prostant, vos in foro ipso; vos faenori, hi male suadendo et lustris lacerant homines.*

Rogitationes plurimas propter vos populus scivit, quas vos rogatas rumpitis; aliquam reperitis rimam; quasi aquam ferventem frigidam esse ita vos putatis leges

515: *Ego mancupem te nihil moror nec lenonem alium quemquam*

520 s.: *Quid, stulta, ploras? ne time; bene hercle vendidi ego te. Fac sis bonae frugi sies; sequere istum, bella, belle*

523 s.: *Nam et operam et pecuniam benigne praebuisti. Salutem multam dicito patrono*

526 ss.: *Istas minas decem, qui me procurem, dum melius sit mi, des. Dabuntur, cras peti iubeto. Quando bene gessi rem, volo hic in fano supplicare. Num illam minis olim decem puellam parvolam emi, sed eum qui mihi illam vendidit numquam postilla vidi*

530 ss.: *ego argentum habeo. Quoi homini di sunt propitii, lucrum ei profecto obiciunt. Nunc rei divinae operam dabo; certumst bene me curare*

535 ss.: *Nunc nisi tu mihi propere properas dare iam triginta minas quas ego apud te deposivi, vitam propera ponere*

543 ss.: *Scire volo quoi reddidisti. Lusco liberto tuo; is Summanum se vocari dixit: ei reddidi, qui has tabellas opsignatas attulit quas tu mihi [tabellas]... Quos tu mihi luscos libertos, quos Summanos somnias? Nec mihi quidem libertus ullust*

550 s.: *honoris gratia tuom qui signum ad me attulisset, nuntium ne spernerem*

552: *Quis re publica et privata geritur, nonne is crederem?*

555 ss.: *Quid ego nunc faciam? quid refert me fecisse regibus ut mi oboedirent, si hic me hodie umbraticus deriserit? Quoi homini di sunt propitii, ei non esse iratos puto. Postquam rem divinam feci, venit in mentem mihi, ne tarpezita exulatum abierit, argentum ut petam*

563 ss.: *Bene vocas, verum locata res est... ut male sit tibi. Sed quid agit meum mercimonium apud te? Nil apud me quidem – ne facias testis – neque equidem debeo quicquam. Quid est? Quod fui iuratus, feci*

568 ss.: *Vapulare ego te vehementer iubeo: ne me territes. Illa abductast; tu auferere hinc a me, si perges mihi male loqui, profecto, quoi ego nisi malum nil debeo*

581 s.: *Ego illam reddidi qui argentum a te attulit. Quis is est homo? Tuom libertum sese aiebat esse Summanum*

585: *Miles pulcre centuriatus est expuncto in manipulo*

587: *vel quingentos curculiones pro uno faxo reperias*

ACTUS V

601 s.: *Teneo; quid negotist? Rogita unde istunc habeat anulum; pater istum meu' gestitavit*

605 ss.: *Opsecro, parentes ne meos mihi prohibeas. Quid ego? sub gemman apstrusos habeo tuam matrem et patrem? Libera ego sum nata*

612 ss.: *Redde etiam argentum aut virginem. Quod argentum? quas tu mihi tricas narras? quam tu virginem me repossis? Quam ab lenone abduxti hodie, scelu' viri. Nullam abduxi. Certe eccistam video. Virgo haec libera est. Mean ancilla libera ut sit, quam ego numquam emisi manu? Quis tibi hanc dedit mancupio aut unde emisti?*

619 ss.: *quam ego pecuniam quadruplicem aps te et lenone auferam. Qui scis mercari furtivas atque ingenuas virgines, ambula in ius. Non eo. Licet te antestari? Non licet. Iuppiter te male perdat, intestatus vivito! At ego, quem licet, te. accede huc. Servom antestari? Vide! Em, ut scias me liberum esse: ergo ambula in ius. Em tibi. O cives, cives! Quid clamas? Quid tibi istum tactio est?*

631: *Per tua genua te opsecro ut nos facias certiores*

636 ss.: *Pater meus habuit Periphanes Planesium. Is priu' quam moritur mihi dedit tamquam suo, ut aequom fuerat, filio.... Pro Iuppiter! Et isto me heredem fecit. <O> pietas mea, serva me, quando ego te servavi sedulo*

656: *Pro Iuppiter! Hic est quem ego tibi misi natale die*

659: *Deos volo bene vortere istam rem vobis*

661 ss.: *hic nuptialem cras dabit; promittimus. Tace tu. Non taceo, quando res vortit bene. Tu istanc desponde huic, miles;*

*ego dotem dabo. Quid dotis? Egone? ut semper dum vivat me
alat*

*666 ss.: et leno hic debet nobis triginta minas. Quam ob rem
istuc? Quia ille ita repromisit mihi, si quisquam hanc liberali
adseruisset manu, sine controversia omne argentum reddere*

*671 s.: Quid id est? Ut mihi hanc despondeas. Quid cessas,
miles, hanc huic uxorem dare? Si haec volt*

*674 s.: Spondesne, miles, mihi hanc uxorem? Spondeo. Et ego
hoc idem unum: spondeo*

*682 ss.: Velut decem minas dum solvit, omnis mensas transiit.
Postquam nil fit, clamore hominem posco; ille in ius me vocat.
Pessume metui, ne mihi hodie apud praetorem solveret; verum
amici compulerunt: reddit argentum domo*

687: Atque argentum propere propera vomere

690: atque ita te nervo torquebo, itidem ut catapultae solent

*692 ss.: At ego vos ambo in robusto carcere ut pereatis. Collum
opstringe, abduce istum in malam crucem. Quidquid est, ipse
ibit potius. Pro deum atque hominum fidem! Hocine pacto
indemnatum atque intestatum me abripi?*

697: Frater, opsecro te, noli hunc indemnatum perdere

*702 ss.: Mitte istunc. Accede huc, leno. Dicam meam
sententiam, siquidem voltis quod decrero facere. Tibi*

permittimus. Dum quidem hercle ita iudices, ne quisquam a me argentum auferat. Quodne promisti? Qui promisi? Lingua. Eadem nunc nego

707 ss.: Nil agit, collum opstringe homini. Iamiam faciam ut iusseris. Quando vir bonus es, responde quod rogo. Roga quod lubet. Promistin, si liberali quisquam hanc adsereret manu, te omne argentum redditurum? Non commemini dicere. Quid? negas? Nego hercle vero. Quo praesente? quo in loco? Me ipso praesente et Lycone tarpezita. Non taces? Non taceo

715 ss.: Nunc adeo, ut tu scire possis, leno, meam sententiam, libera haec est, hic huius frater est, haec autem illius soror. Haec mihi nubet, tu huic argentum redde; hoc iudicium meum est. Tu autem in nervo iam iacebis, nisi mi argentum redditur. Hercle istam rem iudicasti perfidiose, Phaedrome. Et tibi oberit et te, miles, di deaeque perduint. Tu me sequere

722 s.: ad praetorem; nam inde rem solvo omnibus quibu' debeo. Ego te in nervom, haud ad praetorem hinc rapiam, ni argentum refers

728: Tu, miles, apud me cenabis. hodie fient nuptiae

Epidicus

Argumentum

4: Dat erili argentum

8: Sed inventa gnata servolum emittit manu

ACTUS I

6 ss.: *Di dent quae velis. Venire salvom gaudeo. Quid ceterum? Quod eo adsolet: cena tibi dabitur. Spondeo.... Quid? Me accepturum, si dabis*

11a ss.: *Quam quidem te iam diu perdidisse oportuit. Minus iam furtificus sum quam antehac. Quid ita? Rapio propalam. Di immortales te infelicient*

15: *vix adipiscendi potestas modo fuit*

23 ss.: *Di te perdant. Te volo.. Percontari, operam da: opera reddetur tibi. Ius dicis. Me decet. Iam tu autem nobis praeturam geris?*

27 s.: *At unum a praetura tua, Epidice, abest. Quidnam? Scies: lictores duo, duo ulm[in]jei fasces virgarum*

30: *Pol illa ad hostis transfugerunt*

31a s.: *Serio inquam, hostes habent. Edepol facinus improbum!*

34 ss.: *Mulciber, credo, arma fecit quae habuit Stratippocles: travolaverunt ad hostis. Tum ille prognatus Theti sine perdat: alia apportabunt ei Nerei filiae. Id modo videndumst, ut materies suppetat scrutariis, si in singulis stipendiis is ad hostis exuvias dabit*

42 s.: *Patrem videre se nevolt etiam nunc. Quapropter? Scies: quia forma lepida et liberali captivam adulescentulam de praeda mercatust*

45 ss.: *Cur eam emit? Animi causa. Quot illic homo animos habet? Nam certo prius quam hinc ad legionem abiit domo, ipse mandavit mihi ab lenone ut fidicina quam amabat emeretur sibi*

53 ss.: *Id adeo argentum ab danista apud Thebas sumpsit faenore in dies minasque argenti singulas nummis. Papae! Et is danista advenit una cum eo qui argentum petit. Di immortales, ut ego interii basilice*

58 ss.: *Ille qui perdidit arma. Nam quid ita? Quia cottidie ipse ad me ab legione epistulas mittebat... sed taceam optimumst. Plus scire satiust quam loqui servom hominem: ea sapientia*

64: *Amatsne istam quam emit de praeda?*

67 ss.: *Iuppiter te perduit. Mitte nunciam. Nam ille me vetuit domum venire: ad Chaeribulum iussit huc in proximum. Ibi manere iussit: eo venturust ipsus*

71: *quam id argentum quod debetur pro illa dinumeraverit*

88 ss.: *Ego miser perpuli meis dolis senem, ut censeret suam sese emere filiam. Is suo filio fidicinam emit quam ipse amat, quam abiens mandavit mihi. Si sibi nunc alteram ab legione adduxit animi causa, corium perdidit*

107: *Idne pudet te, quia captivam genere prognatam bono de praeda's mercatus? quis erit vitio qui id vortat tibi?*

115: *Argenti dare quadraginta minas, quod danistae detur unde ego illud sumpsit fenore*

119 s.: *Malim istiusmodi mihi amicos furno mersos quam foro. Sed operam Epidici nunc me emere pretio pretioso velim: quem quidem ego hominem irrigatum plagis pistori dabo, nisi hodie prius comparassit mihi quadraginta minas, quam argenti fuero elocutus ei postremam syllabam. Salva res est: bene promittit; spero servabit <f>idem*

126 s.: *Aggrediar hominem: advenientem peregre erum Stratippoclem impertit salute servos Epidicus*

129: *Benene usque valuisti? A morbo valui, ab animo aeger fui*

139: *Men piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam*

144 s.: *Unde lubet: nam ni ante solem occasum e lo<culis adferes>, meam domum ne inbitas. Tute in pistrinum <conferas>*

153 ss.: *Est Euboicus miles, locuples, multo auro potens qui ubi tibi istam emptam esse scibit atque hanc adductam alteram, continuo te orabit ultro, ut illam tramittas sibi. Sed ubi illast quam tu adduxisti tecum? lam faxo hic erit*

159 s.: *ego de re argentaria iam senatum convocabo in corde consiliarium, quoi potissimum indicatur bellum, unde argentum auferam*

ACTUS II

168 ss.: *Quid est quod pudendum siet genere natam bono pauperem domum ducere te uxorem, praesertim eam qua ex tibi commemoras hanc quae domist filiam prognatam?*

175 s.: *quoius quotiens sepulcrum vides, sacruficas ilico Orco hostiis neque adeo iniuria*

180: *Pulchra edepol dos pecuniast. Quae quidem pol non maritast*

187 ss.: *Iam ego me convortam in hirudinem atque eorum exsugebo sanguinem, Senati qui columen cluent*

193 ss.: *Di hercle omnis me adiuvant, augent, amant: ipsi hi quidem mihi dant viam, quo pacto ab se argentum auferam*

196 ss.: *Di immortales, utinam conveniam domi Periphanem, per omnem urbem quem sum defessus quaerere: per medicinas, per tonstrinas, in gymnasio atque in foro, per myropolia et lanienas circumque argentarias*

206: *a legione omnes remissi sunt domum Thebis*

209 ss.: *Arma referunt et iumenta ducunt. Nimis factum bene! Tum captivorum quid ducunt secum: pueros, virgines, binos, ternos, alius quinque*

219 s.: *Cum illa quam tuos gnatus annos multos deamat, deperit, ubi fidemque remque seque teque properat perdere*

235: *Haec vocabula auctiones subigunt ut faciant viros*

242 ss.: *Postquam illam sunt conspicatae, quam tuos gnatus deperit: "Quam facile et quam fortunate evenit illi, obsecro, mulieri quam liberare volt amator"*

251 ss.: *“Quin hodie adlatae tabellae sunt ad eam a Stratippocle, eum argentum sumpsisse apud Thebas ab danista faenore: id paratum et sese ob eam rem id ferre”. Cedo ego occidi*

257 s.: *Si aequom siet me plus sapere quam vos, dederim vobis consilium catum*

261: *Vos priores esse oportet, nos posterius dicere, qui plus sapitis*

267 ss.: *Continuo arbitretur uxor tuo gnato atque ut fidicinam illam quam is volt liberare, quae illum corrumpit tibi, ulciscare atque ita curetur, usque ad mortem ut seruiat. Fieri oportet*

275 ss.: *Sic faciendum censeo, quasi tu cupias liberare fidicinam animi gratia, quasique ames vehementer tu illam. Quam ad rem istuc refert? Rogas? Ut enim praestines argento, prius quam veniat filius, atque ut eam te in libertatem dicas emere*

283 s.: *Iam igitur amota ei <fu>erit omnis consultatio nuptiarum, ne gravetur quod velis*

287: *Opus est homine, qui illo argentum deferat pro fidicina*

292: *hic poterit cavere recte, iura qui et leges tenet*

294 ss.: *ego illum conveniam atque adducam huc ad te, quouiast fidicina: atque argentum ego cum hoc feram. Quanti emi potest minumo? Illane? Ad quadraginta fortasse eam posse emi minumo minas*

298 ss.: *Atque id non decem occupatum tibi erit argentum dies. Quidum? Quia enim mulierem alius illam adulescens deperit auro opulentus, magnus miles, Rhodius, raptor hostium, gloriosus: hic emet illam de te et dabit aurum lubens. Face modo: est lucrum hic tibi amplum. Deos quidem oro. Impetras. Quin tu is intro atque huic argentum promis? Ego visam ad forum*

306 ss.: *Nullum esse opinor ego agrum in agro Attico aequae feracem quam hic est noster Periphanes. Quin ex occluso atque obsignato armario decutio argenti tantum quantum mihi lubet*

314 ss.: *Atque id quoque habeo: mane me iussit senex conducere aliquam fidicinam sibi huc domum, dum rem dinam faceret, cantaret sibi. Ea conducetur atque ei praemonstrabitur, quo pacto fiat subdola adversus senem. ibo intro, argentum accipiam ab damnosio sene*

ACTUS III

328 ss.: *numquam irridere nos illum inultum sinam servom hominem. Quid illum ferre vis, qui, tibi quoi divitiae domi maxumae sunt, is nummum nullum habes neque sodali tuo in te copias? Si hercle habeam, pollicear lubens*

337 ss.: *Fecisti iam officium tuom: me meum nunc facere oportet. Per hanc curam quieto tibi licet esse: hoc quidem iam periit ni quid tibi hinc in spem referas: oppido hoc pollicentum est*

344 s.: *Mihi cesso quom sto. Sed quid hoc? ante aedis duos sodales erum et Chaeribulum conspior*

347: *decem minis plus attuli, quam tu danistae debes*

349 ss.: *Quia ego tuom patrem faciam parenticidam. Quid istuc est verbi? Nil moror vetera et volgata verba "Peratum ductare": at ego follitum ductitabo. Nam leno omne argentum abstulit pro fidicina (ego resolvi, manibus his dinumeravi), pater suam natam quam esse credit*

357 s.: *Ea iam domist pro filia. <lam> teneo. Nunc auctorem dedit mihi ad hanc rem Apoecidem – is apud forum manet me – quasi quae amaret caveat*

360 ss.: *lam ipse cautor captust. Ipse in meo collo tuos pater cruminam collocavit: is adornat <ad>veniens domi extemplo ut maritus fias. Uno persuadebit modo, si illam quae adductast mecum mihi adempsit Orcus*

365 s.: *siqui ad eum adveniant, ut sibi esse datum argentum dicat, pro fidicina argenti minas se habere quinquaginta*

368 ss.: *pro illa tua amica quam pater suam filiam esse retur. Ibi leno sceleratum caput suom imprudens alligabit, quasi pro illa argentum acceperit, quae tecum adducta nunc est*

374 ss.: *Eam ducet simul Apoecides ad tuom patrem. Ut parate! Eam permeditatam meis dolis astutiisque onustam mittam*

381 s.: *virtute atque auspicio Epidici cum praeda in castra redeo. Non oris causa modo homines aequom fuit sibi habere speculum*

389 ss.: *Vel [quasi] ego[met] qui <du>dum fili causa coeperam ego me excruciare animi, quasi quid filius meus deliquisset med*

*erga, aut [quasi] non pluruma malefacta mea essent solida in
adulescentia*

394: *Sed meus sodalis it cum praeda Apoecides*

396 ss.: *Di deaeque te adiuvant. Omne placet. Quin omni
omnis suppetunt res prosperae. Sed tu hanc iubes intro abduci.
Heus foras exite huc aliquis: duce istam intro mulierem*

403 ss.: *divortunt mores virgini longe ac lupae. Docte et
sapienter dicis. Num<quam> nimis potest pudicitiam quisquam
suae servare filiae. Edepol ne istam temperi gnato tuo sumus
praemercati*

410 ss.: *Ne tu habes servom graphicum et quantivis preti: non
carust auro contra. Ut ille fidicinam fecit nescire esse emptam
tibi: ita ridibundam atque hilaram huc adduxit simul. Mirum
hoc qui potuit fieri. Te pro filio facturum dixit rem esse divinam
domi, quia Thebis salvos redierit. Rectam institit. Immo ipsus
illi dixit conductam esse eam quae hic administraret ad rem
divinam tibi*

422: *Res magna amici apud forum agitur: ei volo ire advocatus*

427 s.: *Ego, si adlegassem aliquem ad hoc negotium minus
hominem [quam] doctum minusque ad hanc rem callidum*

442 ss.: *Virtute belli armatus promerui, ut mihi omnis mortalis
agere deceat gratias. Non repperisti, adulescens, tranquillum
locum, ubi tuas virtutes explices, ut postulas. Nam strenuori
deterior si praedicat suas pugnas, de illius illae fiunt sordidae*

450 ss.: *Nempe quem in adulescentia memorant apud reges armis, arte duellica divitias magnas indeptum?*

463 ss.: *Mihi illam ut tramittas, argentum accipias: adest. Nam quid ego apud te vera parcam proloqui? Ego illam volo hodie facere libertam meam, mihi concubina quae sit. Te absolvam brevi. Argenti quinquaginta mihi illa emptast minis: si sexaginta mihi denumerantur minae, tuas possidebit mulier faxo ferias*

471 ss.: *Estne empta mihi istis legibus? Habeas licet: conciliavisti pulcre. Heus foras educite, quam introduxistis fidicinam. Atque etiam fides, ei quae accessere, tibi addam dono gratiis*

483 s.: *Quid? non est? Non est. Unde haec igitur gentiumst? Equidem hercle argentum pro hac dedi. Stulte datum reor, peccatum largiter*

486 s.: *Nam servom misi, qui illum sectari solet, meum gnatum; is ipse hanc destinavit fidicinam*

493 s.: *Eugae, eugae, Epidice, frugi's: pugnasti, homo's, qui me emunxisti mucidum minumi preti*

497 ss.: *neque me quidem emere quisquam ulla pecunia potuit: plus iam sum libera quinquennium. Quid tibi negotist meae domi igitur? Audies: conducta veni ut fidibus cantarem seni, dum rem divinam faceret*

505 ss.: *Postquam liberast, ubi habitet dicere admodum incerte scio. Eho, an libera illast? quis eam liberaverit volo scire, si scis. Id quod audivi audies: Stratippoclem aiunt, Periphanei filium, absentem curavisse ut fieret libera*

514 ss.: *Fides non reddis? Neque fides neque tibus. Propera igitur fugere hinc, si te di amant. Abiero: flagitio cum maiore post reddes tamen. Quid nunc? qui in tantis positus sum sentiis, eamne ego sinam inpune?*

522 s.: *Atque me minoris facio prae illo qui omnium legum atque iurum fctor, conditor cluet*

ACTUS IV

530 ss.: *paupertas, pavor territat mentem animi, neque ubi meas collocem spes habeo mi usquam munitum locum: ita gnata mea hostiumst potita neque ea nunc ubi sit scio*

541a ss.: *qui mihi in Epidauro virgini primus pudicitiam pepulit. Quae meo compressu peperit filiam, quam domi nunc habeo*

549: *Salvos sis: quod credidisti reddo. Haud accuso fidem*

551 s.: *Ubi te visitavi? Inique iniuriu's. Quid iam? Quia tuae memoriae interpretari me aequom censes*

555: *Virgini pauperulae tuaeque matri me levare paupertatem?*

559 ss.: *Cedo manum. Accipe, aerumnosam et miseriarum compotem mulierem retines. Quid est quod voltus te turbat tuos? Filiam quam ex te suscepi... Quid eam? Eductam perdididi, hostiumst potita*

564 ss.: *Nam postquam audivi ilico e meo servo illam esse captam, continuo argentum dedi, ut emeretur: ille eam rem*

adeo sobrie et frugaliter accuravit, ut.. ut ad alias res est inpense improbus

573 ss.: *Quis istaec est quam tu osculum mihi ferre iubes? Tua filia. Haecine? Haec. Egone osculum huic dem? Quor non, quae ex te nata sit? Tu homo insanis*

580 ss.: *Pro deum atque hominum fidem. Quid? ego lenocinium facio, qui habeam alienas domi atque argentum egurgitem domo prosus? quid tu, quae patrem tuom vocas me atque osculare, quid stas stupida? quid taces?*

584 ss.: *Haec negat se tuam esse matrem. Ne fuat, si non volt: equidem hac invita tamen ero matris filia. Non med istanc cogere aequomst meam esse matrem, si nevolt. Qur me igitur patrem vocabas? Tua istaec culpast, non mea. Non patrem ego te nominem, ubi tu tuam me appelles filiam? Hanc quoque etiam, si me appellet filiam, matrem vocem. Negat haec filiam me suam esse, non ergo haec mater meast. Postremo haec mea culpa non est*

593 ss.: *Si hercle te umquam audivero me patrem vocare, vitam tuam ego interimam. Non voco. Ubi voles pater esse, ibi esto: ubi noles, ne fueris pater. Quid <si> ob eam rem hanc emisti, quia tuam gnatum ratus, quibu' de signis agnoscebas? Nullis*

603: *Hinc Athenis civis eam emit Atticus: adulescentem equidem dicebant emisse*

ACTUS V

607 s.: *Male morigerus mihi ista danista, qui a me argentum non petit neque illam adducit quam <emi> ex praeda*

610 s.: *Si undecim deos praeter sese secum adducat Iuppiter, ita non omnes ex cruciatu poterunt eximere Epidicum*

618: *Quippe ego quoniam libertas in mundo sita est*

621: *Hic est danista, haec illa autem quam emi de praeda*

627: *Di immortales, sicin iussi ad me ire?*

631: *Age age, absolvo <me> atque argentum numera, ne comites morer*

633: *Opprimere, dum affero ad te argentum*

644 s.: *Di me ex perdita servatam cupiunt, si vera autumas. Non habeo ullam occasionem, ut apud te falsa fabuler. Accipe argentum hoc, danista: hic sunt quadraginta minae*

654: *et sororem in libertatem idem opera concilio mea*

656 s.: *cetera haec posterius faxo scibis, ubi erit otium. Sequere me, soror, hac. Ego ad vos Thesprionem iussero huc transire*

673 ss.: *Apaga illum a me. Nam ille quidem Volcani iratistae filius: quaquam tangit, omne amburit. Si [propius] astes, aestu calefacit. Duodecim dis plus quam in caelo deorumst immortalium mihi nunc auxilio adiutores sunt et mecum militant*

681 ss.: *Num te fugi? num ab domo apsum? num oculis concessi tuis? * * * Nec tibi supplico. Vincire vis: em, ostendo manus. Tu habes lora: ego te emere vidi. Quid nunc cessas? Conliga. Ilicet: vadimonium ultro mihi hic facit. Quin conligas? Edepol mancupium scelestum*

688 s.: *Ecquid agis? Tuon arbitrato? Meo hercle vero atque hau tuo: conligandae haec sunt tibi hodie. At non lubet: non conligo*

691: *Tibi moram facis, quom ego solutus asto. Age, inquam, conliga*

693 ss.: *Quid ago? Quid agas? mos geratur. Frugi's tu homo, Apocides. Cedo manus igitur. Morantur nil: atque arte conliga. Nihil vero <hoc> obnoxiosse. Facto opere arbitramino*

698 ss.: *Qua fiducia ausu's primum quae emptast nudiustertius filiam meam dicere esse? Lubuit: ea fiducia. Ain tu? lubuit? Aio, vel da pignus, ni ea sit filia. Quam negat novisse mater? Ni ergo matris filia, in meum nummum, in tuum talentum pignus da*

702 ss.: *Sed quis east mulier? Tui gnati amica, ut omnem <rem> scias. Dedin tibi minas triginta ob filiam? Fateor datas, et eo argento illam me emisse amicam fili, fidicinam, pro tua filia: iste ab ore tetigi triginta minis*

708: *Quid postremo argento factumst quod dedi?*

711 ss.: *Etiam in clamitor quasi servos? Quom tu's liber, gaudeo. Merui ut fierem. Tu meruisti? Visse intro: ego faxo scies hoc ita esse. Quid est negoti? lam ipsa res dicet tibi*

715 ss.: *Quid illuc, Epidice, est negoti? Maxuma hercle iniuria vinctus adsto, quoius haec hodie opera inventast filia. Ain tu te illius invenisse filiam?*

722 ss.: *<Me> meruisse intellego ut liceat merito huius facere. Cedo tu, ut exsolvam manus. Ne attigas. Ostende vero. Nolo. Non aequom facis. Numquam hercle hodie, nisi supplicium mihi das, me solvi sinam. Optimum atque aequissimum oras: soccos, tunicam, pallium tibi dabo. Quid deinde porro? Libertatem. At postea? Novo liberto opus est quod pappet*

729 ss.: *Oro te, Epidice, mihi ut ignoscas, siquid imprudens culpa peccavi mea: at ob eam rem liber esto. Invitus do hanc veniam tibi, nisi necessitate cogar. Solve sane, si lubet. Hic is homost qui libertatem malitia invenit sua*

Menaechmi

Argumentum

1: *Mercator Siculus, quoi erant gemini filii, ei surrupto altero mors optigit*

5: *Et is germanum, postquam adolevit, quaeritat circum omnis oras*

8: *Menaechmum omnes civem credunt advenam eumque appellant meretrix, uxor et socer*

Prologus

3: *Adporto vobis Plautum – lingua, non manu*

17 ss.: *Mercator quidam fuit Syracusis senex, ei sunt nati filii gemini duo, ita forma simili puerei uti mater sua non internosse posset quae mammam dabat, neque adeo mater ipsa quae illos pepererat*

24 ss.: *Postquam iam pueri septuennes sunt, pater oneravit navim magnam multis mercibus; imponit geminum alterum in navim pater, Tarentum avexit secum ad mercatum simul, illum reliquit alterum apud matrem domi*

32 ss.: *Epidamniensis quidam ibi mercator fuit, is puerum tollit avehitque Epidamnium. Pater eius autem postquam puerum perdidit, animum despondit eaque is aegritudine paucis diebus post Tarenti emortuost. Postquam Syracusas de ea re rediit nuntius ad avom puerorum, puerum surruptum alterum patremque pueri Tarenti esse emortuom, immutat nomen avos huic gemino alteri; ita illum dilexit qui surruptust alterum: illius nomen indit illi qui domi est, Menaechmo, idem quod alteri nomen fuit*

51 ss.: *Si quis quid vestrum Epidamnum curari sibi velit, audacter imperato et dicito, sed ita ut det unde curari id possit sibi. Nam nisi qui argentum dederit, nugas egerit; qui dederit, magi' maiores nugas egerit*

57 ss.: *Epidamniensis ill' quem dudum dixeram, geminum illum puerum qui surrupuit alterum, ei liberorum nisi divitiae nihil erat: adoptat illum puerum surrupticum sibi filium eique uxorem dotatam dedit, eumque heredem fecit quom ipse obiit diem*

67 ss.: *Illi divitiae evenerunt maxumae. Is illic habitat geminus surrupticius. Nunc ille geminus, qui Syracusis habet, hodie in*

Epidamnum venit cum servo suo hunc quaeritatum geminum germanum suom

75 s.: modo hic habitat leno, modo adulescens, modo senex, pauper, mendicus, rex, parasitus, hariolus

ACTUS I

79 ss.: Homines captivos qui catenis vinciunt et qui fugitivis servis induunt compedis, nimi' stulte faciunt mea quidem sententia

84 ss.: Nam se ex catenis eximunt aliquo modo. Tum compediti ei anum lima praeterunt aut lapide excutiunt clavom. Nugae sunt eae. Quem tu adservare recte ne aufugiat voles esca atque potione vinciri decet

90 ss.: dum tu illi quod edit et quod potet praebeas, suo arbitratu ad fatim cottidie, numquam edepol fugiet, tam etsi capital fecerit, facile adservabis, dum eo vinclo vincies. Ita istaec nimi' lenta vincla sunt escaria

96 s.: Nam ego ad Menaechmum hunc <nunc> eo, quo iam diu sum iudicatus; ultro eo ut me vinciat

101: Cerialis cenas dat, ita mensas extruit

104 ss.: Sed mi intervallum iam hos dies multos fuit: domi domitus sum usque cum careis meis. Nam neque edo neque emo nisi quod est carissimum

112 ss.: *Praeterhac si mihi tale post hunc diem faxis, faxo foris vidua visas patrem. Nam quotiens foras ire volo, me retines, revocas, rogitas, quo ego eam, quam rem agam, quid negoti geram, quid petam, quid feram, quid foris egerim*

120 ss.: *Quando ego tibi ancillas, penum, lanam, aurum, vestem, purpuram bene praebeo nec quicquam eges, malo cavebis si sapis, virum opservare desines*

125 s.: *Illic homo se uxori simulat male loqui, loquitur mihi; nam si foris cenat, profecto me, haud uxorem, ulciscitur*

133 ss.: *meo malo a mala apstuli hoc, ad damnum deferetur. Avorti praedam ab hostibus nostrum salute socium. Heus adulescens! ecqua in istac pars inest praeda mihi?*

138: *Teneo dextera genium meum*

152: *Clam uxorem ubi sepulcrum habeamus atque hunc comburamus diem*

156: *Oculum ecfodito per solum mihi, Menaechme, si ullum verbum faxo nisi quod iusseris*

161 ss.: *Ne te uxor sequatur respectas identidem. Sed quid ais? Egone? id emim quod tu vis, id aio atque id nego*

165: ** captum sit collegium*

170: *Quid igitur? quid olet? responde. Furtum, scortum, prandium*

184 ss.: *Idem istuc aliis adscriptivis fieri ad legionem solet. Ego istic mihi hodie apparari iussi apud te proelium. Hodie id fiet. In eo uterque proelio potabimus; uter ibi melior bellator erit inventus cantharo, tua est legio: adiudicato cum utro – hanc noctem sies*

195: *Sustine hoc, Penicule: exuvias facere quas vovi volo*

199 ss.: *Nimio ego hanc periculo surrupui hodie. Meo quidem animo ab Hippolyta subcingulum haud Hercules aequo magno umquam apstulit periculo. Cape tibi hanc, quando una vivis meis morigera moribus*

204 ss.: *Qui quidem ad mendicitatem se properent detrudere. Quattuor minis ego emi istanc anno uxori meae. Quattuor minae perierunt plane, ut ratio redditur*

213: *Nos prodimus ad forum*

217: *neque hodie ut te perdam meream deorum divitias mihi*

219: *Sportulam cape atque argentum. Eccos tris nummos habes*

ACTUS II

234: *Hic annus sextus est postquam ei rei operam damus*

240 ss.: *Hominem inter vivos quaeritamus mortuom; nam invenissemus iam diu, sei viveret. Ergo istuc quaero certum qui faciat mihi, quei sese deicat scire eum esse emortuom: operam praeterea numquam sumam quaerere*

251: *Illoc enim verbo esse me servom scio*

261 ss.: *tum meretrices mulieres nusquam perhibentur blandiores gentium. Propterea huic urbei nomen Epidamno inditumst, quia nemo ferme huc sine damno devortitur*

267: *Ne mihi damnum in Epidamno duis*

281 s.: *Parasitum tuom. Meum parasitum? Certe hic insanust homo*

289 ss.: *Responde mihi, adulescens: quibus hic pretieis porci veneunt sacres sinceri? Nummeis. Nummum a me accipe: iube te piari de mea pecunia. Nam equidem insanum esse te certo scio, qui mihi molestus homini ignoto quisquis es*

300: *Ubi ego te noverim, qui amicam habes eram meam hanc Erotium?*

307 ss.: *Negas? Nego hercle vero. Non tu in illisce aedibus habitas? Di illos homines qui illi[c] habitant perduint! Insanit hicquidem, qui ipse male dicit sibi*

311 ss.: *Si me consulas, nummum illum quem mihi dudum pollicitus dare (nam tu quidem hercle certo non sanus satis, Menaechme, qui nunc ipse male dicas tibi) iubeas, si sapias, porculum adferri tibi*

319 ss.: *Quid ais tu? quid ais, inquam. Satin hoc quod vides tribu' vobis opsonatumst, an opsono amplius, tibi et parasito et mulieri? Quas [tu] mulieres, quos tu parasitos loquere?*

325 s.: *Non edepol tu homo sanus es, certo scio. Iam ergo haec madebunt faxo, nil morabitur*

334 ss.: *Opservato modo: nam istic meretricem credo habitare mulierem, ut quidem ille insanus dixit qui hinc abiit modo*

338 ss.: *Morem hunc meretrices habent: ad portum mittunt servolos, ancillulas; sei qua peregrina navis in portum advenit, rogitant quoiatis sit, quid ei nomen siet, postilla extemplo se adplicant, adglutinant: si pellexerunt, perditum amittunt domum*

355: *Amanti amoenitas malost, nobis lucrost*

369: *Quid mecum tibi fuit umquam aut nunc est negoti?*

373 ss.: *Certo haec mulier aut insana aut ebria est, Messenio, quae hominem ignotum compellet me tam familiariter. Dixin ego istaec heic solere fieri? folia nunc cadunt, praeut si triduom hoc hic erimus: tum arbores in te cadent*

384: *Nimi' miror quid hoc sit negoti*

390: *Quoi, malum, parasito? certo haec mulier non sanast satis*

392 ss.: *Quis iste es Peniculus? qui extergentur baxee? Scilicet qui dudum tecum venit, quom pallam mihi detulisti quam ab uxore tua surrupuisti. Quid est? Tibi pallam dedi quam uxori meae surrupui? sanan es?*

397 ss.: *Dic quid est id quod negem quod fecerim? Pallam te hodie mihi dedisse uxori. Etiam nunc nego*

407 ss.: *Non ego te novi Menaechmum, Moscho prognatum patre, qui Syracusis perhibere natus esse in Sicilia, ubi rex*

Agathocles regnator fuit et iterum Phintia, tertium Liparo, qui in morte regnum Hieroni tradidit, nunc Hiero est?

426 s.: *Pallam illam quam dudum dederas, ad phrygionem ut deferas, ut reconcinnetur atque ut opera addantur quae volo*

432: *Quid negoti est? Sussciri*

435 ss.: *Habeo praedam: tantum incepti operis. I quantum potes, abduc istos in tabernam actutum devorsoriam. Tum facito ante solem occasum ut venias advorsum mihi. Non tu istas meretrices novisti, ere*

440 s.: *Mulier haec stulta atque inscita est; quantum perspexi modo, est hic praeda nobis*

443 ss.: *Sed ego inscitus qui domino me postulem moderarier: dicto me emit audientem, haud imperatorem sibi. Sequimini, ut, quod imperatum est, veniam advorsum temperi*

ACTUS III

447 s.: *numquam quicquam facinus feci peius neque scelestius quam hodie, quom in contionem mediam me immersi miser*

451 ss.: *Qui illum di omnes perduint quei primus <hoc> commentus est, contionem habere, qui homines occupatos occupat! Non ad eam rem otiosos homines decuit deligi, qui nisi adsint quom citentur, census capiat ilico? * quam senatus ** contionem *** adfatim est hominum in dies qui singulas escas edint, quibu' negoti nihil est, qui essum neque vocantur*

neque vocant: eos oportet contioni dare operam atque comitiis

462 s.: Ibo: etiamnum reliquiarum spes animum oblectat meum. Sed quid ego video? Menaechmus <cum> corona exit foras

466 ss.: Potine ut quiescas? ego tibi hanc hodie probe lepideque concinnatam referam temperi. Non faxo eam esse dices: ita ignorabitur. Pallam ad phrygionem fert confecto prandio vinoque expoto, parasito excluso foras. Non hercle is sum, ni hanc iniuriam meque ultus pulchre fuero. Opserva quid dabo. Pro di immortales!

480: Ait hanc dedisse me sibi atque eam meae uxori surrupuisse

490 ss.: Quid de te merui qua me causa perderes? Ut surrupuisti te mihi dudum de foro! Fecisti funus med apsentii prandio. Qur ausu's facere, quooi ego aequae heres eram?

501 s.: verum certo, quisquis es, si aequom facias, mihi odiosus ne sies

505 ss.: Tuom parasitum non novisti? Non tibi sanum est, adulescens, sinciput, intellego. Responde, surrupuistin uxori tuae pallam istanc hodie ac dedisti Erotio? Neque hercle ego uxorem habeo neque ego Erotio dedi nec pallam surrupui. Satin sanus es? Occisast haec res

517: Aut te piari iube, homo insanissime

520 ss.: omnes in te istaec recident contumeliae: faxo haud inultus prandium comederis. Quid hoc est negoti?

524 ss.: *Menaechme, amare ait te multum Erotium, ut hoc una opera ad aurificem deferas, atque huc ut addas auri pondo unciam iubeasque spinter novom reconcinnarier*

531 s.: *Hoc est quod olim clanculum ex armario te surrupuisse aiebas uxori tuae*

535 ss.: *Nempe hoc est quod illi dedei. Istuc: ubi illae armillae sunt quas una dedei? Numquam dedisti. Nam pol hoc unum dedei. Dicam curare? Dicito: curabitur*

540 ss.: *Amabo, mi Menaechme, inauris da mihi faciendas pondo duom nummum, stalagmia, ut te lubenter videam, quom ad nos veneris. Fiat. Cedo aurum; ego manupretium dabo. Da sodes aps te: post<e> reddidero tibi. Immo cedo aps te: ego post tibi reddam duplex. Non habeo. At tu, quando habebis, tum dato*

548 s.: *Haec me curaturum dicito - ut quantum possint quique liceant veneant*

551 ss.: *Di me quidem omnes adiuvant, augent, amant. Sed quid ego cesso, dum datur mi occasio tempusque, abire ab his locis lenonieis?*

555 ss.: *Demam hanc coronam atque abiciam ad laevam manum, ut si [quis] sequantur me, hac abiisse censeant. Ibo et conveniam servom si potero meum, ut haec, quae bona dant di mihi, ex me sciat*

ACTUS IV

559 s.: *Egone hic me patiar frustra in matrimonio, ubi vir compilet clanculum quidquid domist atque ea ad amicam deferat?*

562 ss.: *Manufesto faxo iam opprimes: sequere hac modo. Pallam ad phrygionem cum corona ebrius ferebat hodie tibi quam surrupuit domo. Sed eccam coronam quam habuit*

571 ss.: *Ut hoc utimur maxume more moro, molesto atque multo atque uti quique sunt optumi maxume morem habent hunc! Clientes sibi omnes volunt esse multos: bonine an mali sint, id hau quaeritant; res magis quaeritur quam clientum fides quoius modi clueat. Si est pauper atque hau malus nequam habetur, sin dives malust, is cliens frugi habetur. Qui nec leges neque aequom bonum usquam colunt, sollicitos patronos habent. Datum denegant quod datum est, litium pleni, rapaces viri, fraudulententi, qui aut faenore aut peiuriis habent rem paratam, mens est in quo * eis ubi dicitur dies, simul patronis dicitur, quippe qui pro illis loquimur quae male fecerunt: aut ad populum aut in iure aut ad iudicem rest*

590 ss.: *Apud aedilis pro eius factis plurumisque pessumisque deixei caussam, condiciones tetuli tortas, confragosas: aut plus aut minu' quam opus erat dicto dixeram controversiam, ut sponsio fieret. Quid ill' qui praedem dedit? Nec magis manifestum ego hominem umquam ullum teneri vidi: omnibus male factis testes tres aderant acerrumi. Di illum omnes perdant*

596a: *qui hodie forum umquam oculis inspexi meis*

599 ss.: *Ubi primum est licitum, ilico properavi abire de foro. Iratast, credo, nunc mihi; placabit palla quam dedi, quam hodie uxori apstuli atque detuli huic Erotio. Quid ais? Viro me malo male nuptam*

606: *Quid illuc est, uxor, negoti?*

611: *At tu ne clam me comesses prandium. Perge in virum*

616 s.: *Per Iovem deosque omnis adiuro, uxor (satin hoc est tibi?) me isti non nutasse*

618: *Equidem ad phrygionem censeo; et pallam refer*

620 s.: *Numquis servorum deliquit? num ancillae aut servei tibi responsant? eloquere. Inpune non erit*

623: *Certe familiarium aliquoi irata es*

628 s.: *Aufer manum. Sic datur. Properato apsentem me comesse prandium, post ante aedis cum corona me derideto ebrius*

631 ss.: *Tum negas? Nego hercle vero. Nihil hoc homine audacius. Non ego te modo hic ante aedis cum corona florea vidi astare? quom negabas mihi esse sanum sinciput et negabas me novisse, peregrinum aibas esse te?*

636: *Novi ego te. Non mihi censebas esse qui te ulciscerer. Omnia hercle uxori dixi*

639a: *Palla mihi est domo surrupta. Palla surrupta est tibi?*

644 s.: *Et quid tristis <sim> et quid hic mihi dixerit faxo scias. Palla mihi est domo surrupta. Palla surruptast mihi?*

648: *Palla, inquam, periit domo. Quis eam surrupuit?*

655 ss.: *Per Iovem deosque omnis adiuro, uxor (satin hoc est tibi?), non dedisse. Immo hercle vero, nos non falsum dicere. Sed ego illam non condonavi, sed sic utendam dedi. Equidem ecastor tuam nec chlamydem do foras nec pallium quoiquam utendum*

660: *Quin refers pallam domum? Ego faxo referetur*

664 s.: *Quid mihi futurum est qui tibi hanc operam dedi? Opera reddetur, quando quid tibi erit surruptum domo*

666 s.: *Cum viro cum uxore, di vos perdant! Properabo ad forum, nam ex hac familia me plane excidisse intellego*

672 ss.: *Nunc ibo, orabo ut mihi pallam reddat quam dudum dedi; aliam illi redimam meliorem*

678 ss.: *Immo edepol pallam illam, amabo te, quam tibi dudum dedi, mihi eam redde. Uxor rescivit rem omnem, ut factum est, ordine. Ego tibi redimam bis tanta pluris pallam quam voles. Tibi dedi equidem illam, ad phrygionem ut ferres, paullo <pri>us, ed illud spinter, ut ad auruficem ferres, ut fieret novom. Mihi tu ut dederis pallam et spinter? numquam factum reperies. Nam ego quidem postquam illam dudum tibi dedi, atque abii ad forum*

688 ss.: *Neque edepol te defraudandi causa posco (quin tibi dico uxorem rescivisse). Nec te ultro oravi ut dares: tute ultro*

ad me detulisti, dedisti eam dono mihi; eandem nunc reposcis: patiar. Tibi habe, aufer, utere vel tu vel tua uxor, vel etiam in loculos compingite. Tu huc post hunc diem pedem intro non feres, ne frustra sis; quando tu me bene merentem tibi habes despiciatui, nisi feres argentum, frustra me ductare non potes

ACTUS V

718 ss.: *Itaque adeo iure coepta appellari est Canes. Non ego istaec flagitia possum perpeti. Nam med aetatem viduam esse mavelim quam istaec flagitia tua pati quae tu facis*

724 ss.: *an mos hic ita est peregrino ut adveniēti narrent fabulas? Quas fabulas? non, inquam, patiar praeterhac, quin vidua vivam quam tuos mores perferam. Mea quidem hercle caussa vidua vivo vel usque dum regnum optinebit Iuppiter. At mihi negabas dudum surrupuisse te, nunc eandem ante oculos adtines: non te pudet?*

732 ss.: *Tu tibi hanc surruptam dicere audes quam mihi dedit alia mulier ut concinnandam darem? Ne istuc mecastor – iam patrem accersam meum atque ei narrabo tua flagitia quae tu facis*

738 ss.: *Sanas es? Quae mea flagitia? Pallam atque aurum meum domo suppilas tuae uxori et tuae degeris amicae*

763a: *Nec quid id sit mihi certius facit, quid velit. Quid me arcessit?*

766 ss.: *Ita istaec solent, quae viros supservire sibi postulant, dote fretae, feroces. Et illi quoque haud apstinent saepe culpa.*

*Verum est modu' tamen, quoad pati uxorem oportet; nec pol
filia umquam patrem accersit ad se nisi aut quid commissi aut
iurgi est causa*

776: salven accersi iubes?

*779 ss.: Loquere, uter meruistis culpam, pauci<s>, non longos
logos. Nusquam equidem quicquam deliqui: hoc primum te
apso, pater. Verum vivere hic non possum neque durare
ullo modo. Proin tu me hinc abducas*

*790 ss.: At enim ille hinc amat meretricem ex proximo. Sane
sapit atque ob istanc industriam etiam faxo amabit amplius.
Atque ibi potat. Tua quidem ille causa potabit minus, si illic
sive alibi lubebit? quae haec, malum, inpucentiast?*

*795 ss.: Servirin tibi postulas viros? dare una opera pensum
postules, inter ancillas sedere iubeas, lanam carere. Non
equidem mihi te advocatum, pater, adduxi, sed viro. Hinc stas,
illim causam dicis. Si ille quid deliquerit, multo tanto illum
accusabo quam te accusavi amplius. Quando te auratam et
vestitam bene habet, ancillas, pe<num> recte praehibet, melius
sanam est, mulier, mentem sumere. At ille suppilat mihi aurum
et pallas ex arcis domo, me despoliat, mea ornamenta clam ad
meretrices degerit*

*811 s.: Quisquis es, quidquid tibi nomen est, senex, summum
lovem deosque do testis*

*813 s.: Me neque isti male fecisse mulieri quae me arguit hanc
domo ab se surrupuisse atque apstulisse*

818 ss.: *Sanun es qui istuc exoptes aut neges te umquam pedem in eas aedis intulis<se> ubi habitas, insanissime? Tun, senex, ais habitare med in illisce aedibus? Tu negas? Nego hercle vero. Immo hercle invere negas*

830 s.: *Quid mihi meliust quam, quando illi me insanire praedicant, ego med adsimulem insanire, ut illos a me apsterream?*

839 ss.: *qui saepe aetate in sua perdidit civem innocentem falso testimonio. Vae capiti tuo! Ecce, Apollo mihi ex oraclo imperat ut ego illic oculos exuram lampadi[bus] ardentibus. Perii! mi pater, minatur mihi oculos exurere. Ei mihi! insanire me aiunt, ultro quom ipsi insaniunt. Filia, heus! Quid est? Quid agimus? quid si ego huc servos cito? Ibo, abducam qui hunc hinc tollant et domi devinciant priu' quam turbarum quid faciat amplius*

848 s.: *Pugnis me votas in huius ore quicquam parcere, nei a meis oculis apscedat in malam magnam crucem*

855 ss.: *Ita mihi imperas ut ego huius membra atque ossa atque artua comminam illo scipione quem ipse habet. Dabitur malum, me quidem si attigeris aut si propius ad me accesseris*

861: *sane ego illum metuo, ut minatur, ne quid male faxit mihi*

869 s.: *Ecce, Apollo, denuo me iubes facere impetum in eum qui stat atque occidere*

871 ss.: *Imperium tuom demutat atque edictum Apollinis. Eu hercle morbum acrem ac durum! ***** di, vostram fidem! Vel*

hic qui insanit quam valuit paullo prius! Ei derepente tantus morbus incidit. Eibo atque accersam medicum iam quantum potest. lamne isti abierunt, quaeso, ex conspectu meo, qui me vi cogunt validus <uti> insaniam? Quid cesso abire ad navem dum salvo licet?

884 ss.: *Odiosus tandem vix ab aegrotis venit, ait se obligasse crus fractum Aesculapio, Apollini autem bracchium*

889: *Quid esse illi morbi dixeras?*

892: *Quin ea te caussa duco ut id dicas mihi atque illum ut sanum facias*

894: *Sanum futurum, mea ego id promitto fide*

900 ss.: *Quae me clam ratus sum facere, omnia ea fecit palam parasitus qui me complevit flagiti et formidinis, meus Ulixes, suo qui regi tantum concivit mali*

906 s.: *Condigne autem haec meretrix fecit, ut mos est meretricius: quia rogo palla ut referatur rusum ad uxorem meam, mihi se ait dedisse*

911 s.: *Non tu scis quantum isti morbo nunc tuo facias mali? Quin tu te suspendis?*

918: *Soleamne esse avis squamosas, piscis pennatos?*

919 s.: *quid cessas dare potionis aliquid priu' quam percipit insania?*

922: *Occidis fabulans*

927: *Hoc quidem edepol hau pro insano verbum respondit mihi*

929 ss.: *Perdormisco, si resolvi argentum quoi debeo - Qui te Iuppiter dique omnes, percontator, perduint! Nunc homo insanire octepat: de illis verbis cave tibi*

937: *Dixti insanus, inquam*

941 ss.: *At ego te sacram coronam surrupuisse Iovi' <scio>, et ob eam rem in carcerem ted esse compactum scio, et postquam es emissus, caesum virgis sub furca scio; tum patrem occidisse et matrem vendidisse etiam scio*

946: *Non vides hominem insanire?*

949 s.: *Ibi meo arbitrato potero curare hominem. Age ut lubet. Elleborum potabis faxo aliquos viginti dies*

952 ss.: *I, arcesse homines qui illunc ad me deferant. Quot sunt satis? Proinde ut insanire video, quattuor, nihilo minus*

956: *Iam ego illic faxo erit*

958 ss.: *Pro Iuppiter! Quid illuc est quod med hisce homines insanire praedicant? Nam equidem, postquam gnatus sum, numquam aegrotavi unum diem neque ego insano neque pugnans neque ego litis coepio*

962: *An illi perperam insanire me aiunt, ipsi insaniunt?*

966 ss.: *Spectamen bono servo id est, qui rem erilem procurat, videt, conlocat cogitatque, ut apsentem rem erilem diligenter tutetur quam si ipse adsit aut rectius. Tergum quam gulam, crura quam ventrem oportet potiora esse quod cor modeste situmst*

974 ss.: *verbera, compedes, molae, magna lassitudo, fames, frigus durum, haec pretia sunt ignaviae*

977 ss.: *nam magis multo patior facilius verba: verbera ego odi, nimioque edo lubentius molitum quam molitum praehibeo. Propterea erilem imperium exsequor, bene et sedate servo id; atque id mihi prodest. Alii se ita ut in rem esse ducunt sint, ego ita ero ut me esse oportet; metum id mihi adhibeam, culpam abstineam, ero ut omnibus in locis sim praesto: servi qui quom culpa carent metuunt i solent esse eris utiles*

984 s.: *Metuam hanc multum. Prope est quando erus sic si faciam pretium exsolvet. <Eo> ego exemplo servio, tergo ut in rem esse arbitror*

987 ss.: *Nunc fores pultabo, adesse ut me sciat, meumque erum ex hoc saltu damni salvum ut educam foras. Sed metuo ne sero veniam depugnato proelio. Per ego vobis deos atque homines dico ut imperium meum sapienter habeatis curae*

997: *Occidi! Quid hoc est negoti?*

999 s.: *perii, opsecro vostram fidem, Epidamnienses, subvenite, cives! quin me mittitis? Pro di immortales!*

1004 s.: *Ego, ere, audacissime. O facinus indignum et malum, Epidamnii cives, erum meum hic in pacato oppido luci deripier in via, qui liber ad vos venerit!*

1007 ss.: *Opsecro te, quisquis es, operam mihi ut des neu sinas in me insignite fieri tantam iniuram. Immo et operam dabo et defendam et subvenibo sedulo. Numquam te patiar perire, me perirest aequius. Eripe oculum istic, ab umero qui tenet, ere, te opsecro. Hisce ego iam sementem in ore faciam pugnosque operam*

1015: *Vos scelesti, vos rapaces, vos praedones! Periiimus!*

1017 ss.: *Pecte pugnīs. Agite abite, fugite hinc in malam crucem. Em tibi etiam! quia postremus cedis, hoc praemi feres. Nimi' bene ora commetavi atque ex mea sententia. Edepol, ere, ne tibi suppetias temperi adveni modo. At tibi di semper, adulescens, quisquis es, faciant bene. Nam apseque te<d> esset, hodie numquam ad solem occasum viverem. Ergo edepol, si recte facias, ere, med emittas manu. Liberem ego te?*

1026: *Per lovem adiuro patrem, med erum tuom non esse*

1028 ss.: *Sic sine igitur, si tuom negas me esse, abire liberum. Mea quidem hercle caussa liber esto atque ito quo volēs. Nemp' iubes? lubeo hercle, si quid imperi est in te mihi. Salve, mi patrone. 'Quom tu liber es, Messenio, gaudeo. 'Credo hercle vobis'. Sed, patrone, te opsecro, ne minus imperes mihi quam quom tuos servos fui. Apud ted habitabo et quando ibis, una tecum ibo domum. Minime. Nunc ibo in tabernam, vassa atque argentum tibi referam. Recte est opsignatum in vidulo marsuppium cum viatico: id tibi iam huc adferam*

1041 ss.: *etiam hic servom se meum esse aiebat quem ego emisi manu [vel ille qui se petere argentum modo, qui servom se meum esse aiebat, *** quem ego modo emisi manu]*

1044 ss.: *id si attulerit, dicam ut a me abeat liber quo volet, ne tum, quando sanus factus sit, a me argentum petat. Socer et medicus me insanire aiebant*

1048 s.: *Nunc ibo intro ad hanc meretricem, quamquam suscenset mihi, si possum exorare ut pallam reddat quam referam domum*

1053 ss.: *Tu clamabas deum fidem atque hominum omnium, quom ego accurro teque eripio vi, pugnando, ingratiis. Ob eam rem, quia te servavi, me amisisti liberum. Quom argentum dixi me petere et vassa, tu quantum potest praecucurristi obviam, ut quae fecisti infitias eas. Liberum ego te iussi abire? Certo. Quin certissimumst mepte potius fieri servom quam te umquam emittam manu. Si voltis per oculos iurare, nihilo hercle ea caussa magis facietis ut ego hodie apstulerim pallam et spinter, pessumae. Pro di immortales! quid ego video? Quid vides? Speculum tuom. Quid negoti est?*

1069: *Ea domus et patria est mihi*

1071 s.: *Novi equidem hunc: erus est meus. Egoquidem huius servos sum, sed me<d> esse huius credidi*

1075 ss.: *Enim vero aequom postulas. Tu erus es: tu servom quare. Tu salveto: tu vale. Hunc ego esse aio Menaechmum*

1081 ss.: *Di immortales, spem insperatam date mihi quam suspico! Nam, nisi me animus fallit, hi sunt geminei germanei duo. Nam et patrem et patriam commemorant pariter quae fuerint sibi. Servocabo erum*

1090: *poste eandem patriam ac patrem memorat*

1093 s.: *Perge operam dare, opsecro hercle; liber esto, si invenis hunc meum fratrem esse*

1101 ss.: *Tam quasi me emeris argento, liber servibo tibi. Spes mihi est vos inventurum fratres germanos duos geminos, una matre natos et patre uno uno die. Mira memoras. Utinam ecficere quod pollicitu's possies*

1108: *Patrem fuisse Moschum tibi ais?*

1110 s.: *Porro operam date. Quid longissime meministi, dic mihi, in patria tua?*

1114 s.: *Iuppiter supreme, serva me! Quid clamas? quin taces? Quot eras annos gnatus quom te pater a patria avehit?*

1137 s.: *Namquam edepol iussi hic mihi hodie prandium appararier, clam meam uxorem, quoi pallam surrupui dudum domo, eam dedi huic*

1140 ss.: *Meretrix huc ad prandium me abduxit, me sibi dedisse aiebat. Prandi perbene, potavi atque accubui scortum, pallam et aurum hoc <apstuli>*

1145 ss.: *Numquid me morare quin ego liber, ut iusti, siem? Optimum atque aequisimum orat, frater: fac causa mea. Liber esto. Quom tu es liber, gaudeo, Messenio. Sed meliorest opus auspicio, ut liber perpetuo siem. Quoniam haec evenere nostra, frater, ex sententia, in patriam redeamus ambo. Frater, faciam, ut tu voles. Auctionem hic faciam et vendam quidquid est. Nunc interim eamus intro, frater*

1155 ss.: *Praeconium mi ut detis. Dabitur. Ergo nunciam vis conclamari auctionem? Fore quidem die septimi. Auctio fiet Menaechmi mane sane septimi. Venibunt servi, supellex, fundi, aedes, omnia. Venibunt quique licebunt, praesenti pecunia. Venibit - uxor quoque etiam, si quis emptor venerit. Vix credo tota auctione capiet quinquagesies*

Mercator

Argumentum I

1 s.: *Missus mercatum ab suo adolescens patre emit atque adportat scita forma mulierem*

Argumentum II

1 ss.: *Mercatum asotum filium extrudit pater. Is peregre missus redemit ancillam hospitis amore captus, advehit nave, exilit*

ACTUS I

16: *et hoc parum hercle more <a>matorum institi*

24 ss.: *Sed amori accedunt etiam haec quae dixi minus: insomnia, aerumna, error, [et] terror et fuga: ineptia, stultitiaque adeo et temeritas, incogitantia excors, immodestia, petulantia et cupiditas, malivolentia; inerit etiam aviditas, desidia, iniuria, inopia, contumelia et dispendium, multiloquium, parumloquium*

38: *eodem, quo amorem, Venu' mi hoc legavit die*

40 ss.: *Principio <ut ex e>phebis aetate exii atque animus studio amotus puerilist meus, amare valide coepi hic meretricem: ilico res exsulatum ad illam <c>lam abibat patris. Leno importunus, dominus eius mulieris, vi summa, ut quidque poterat, rapiebat domum. Obiurigare pater haec noctes et dies, perfidiam, iniustitiam lenonum expromere: lacerari valide suam rem, illius augerier*

51 ss.: *Conclamitare tota urbe et praedicere omnes tenerent mutuitanti credere. Amorem multos inlexe in dispendium: intemperantem, non modestum, iniurium Trahere, ex<ha>urire me quod quirem ad se domo; ratione pessuma a me ea quae ipsus optuma omnis labores invenisset perfer<en>s <a>moris vi diffunditari ac didier*

62 s.: *non, ut ego, amori neque desidiae in otio operam dedisse neque potestatem sibi fuisse*

69 ss.: *Ibi multo primum se<se> familiarium laboravisse, quom haec pater sibi diceret: "Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi item metis, tibi denique iste pariet laetitiam labos". Postquam recesset vita patrio corpore, agrum se vendidisse atque ea pecunia navim, metretas quae trecentas tolleret, parasse atque ea se*

mercis vectatum undique, adeo dum, quae tum haberet, peperisset bona

87 ss.: Aedificat navim cercurum et mercis emit. Parata navi imponit; praeterea mihi talentum argenti ipsus sua adnumerat manu; servom una mittit, qui olim puero parvolo mihi paedagogus fuerat, quasi uti mihi foret custos. Hic sic confectis navim solvimus. Rhodum venimus; ubi quas mercis vexeram, omnis, ut volui, vendidi ex sententia. Lucrum ingens facio praeterquam mihi meu' pater dedit aestumatas mercis: ita peculium conficio grande

102 ss.: Ea nocte mecum illa hospitis iussu fuit. Vosmet videte quam mihi valide placuerit: postridie hospitem adeo, oro ut vendat mihi, dico eius pro meritis gratum me et munem fore. Quid verbis opus est? <E>mi atque advexi heri. Eam me advexisse nolo rescicat pater

111 s.: Ex summis opibus viribusque usque experire, nitere, erus ut minor opera tua servetur

118 s.: Ita tres simitu res agendaae sunt, quando unam occeperis: et currendum, et pugnandum et autem iurigandum est in via

124: Genua hunc cursorem deserunt

131: ubi Charinus eru'? domin est an foris?

138: Tua caussa rupi ramites, iam dudum sputo sanguinem

149: Cedo tuam mihi dexteram, agedum, Acanthio

151 ss.: *Opera licet experiri, qui me rupi caussa currendo tua, ut, quae scirem, scire actutum tibi liceret. Liberum caput tibi faciam <cis>paucos mensis*

162: *Vim, metum, cruciatum, curam, iurgiumque atque inopiam*

170 s.: *Opsecro hercle oroque ut istuc quid sit actutum indices, quandoquidem mihi supplicandum servolo video meo*

188 ss.: *Perdidisti me, pater. Eho tu, eho tu, quin cavisti ne eam videret, verbero? Quin, sceleste, apstrudebas, ne eam conspiceret pater? Quia negotiosi eramus nos nostris negotiis, armamentis complicandis, componendis studuimus*

198 s.: *Postquam aspexit mulierem, rogare coepit quia esset. Quid respondit? Ilico occurrere atque interpello matri te ancillam tuae emisse illam*

206 ss.: *Perii! Em, istuc unum verbum dixisti verissimum. Stultitia istaec est. Quid faciam? Credo, non credet pater si illam matri meae <me> emisse dicam; post autem mihi scelus videtur me parenti proloqui mendacium. Neque ille credet neque credibile est forma eximia mulierem eam me emisse ancillam matri*

219 ss.: *Si istac ibis, commodum obviam venies patri; postea aspicit te timidum esse atque exanimatum, ilico retinebit, rogabit unde illam emeris, quanti emeris: timidum temptabit te*

ACTUS II

229 ss.: *Mercari visus mihi sum formosam capram; ei ne noceret, quam domi ante habui capram, ne discordarent si ambae in uno essent loco, posterius quam mercatus fueram,*

visu'sum in custodelam simiae concredere. Ea simia adeo post hau multo ad me venit, male mihi precatur et facit convicium: ait sese illius opera atque adventu caprae flagitium et damnum fecisse hau mediocriter; dicit capram, quam dederam servandam sibi, suai uxoris dotem ambedisse oppido. Mihi illud videri mirum ut una illaec capra uxoris simiai dotem ambederit

251: *ego enim lugere atque abductam illam aegre pati*

260 ss.: *atque ego illi aspicio forma eximia mulierem, filiu' quam advexit meu' matri ancillam suae. Quam ego postquam aspexi, non ita amo ut sanei solent homines sed eodem pacto ut insanei solent. Amavi hercle equidem ego olim in adulescentia, verum ad hoc exemplum nunquam ut nunc insanio*

273 s.: *Profecto ego illunc hircum castrari volo, ruri qui vobeis exhibet negotium. Nec omen illuc mihi nec auspiciu placet*

277 ss.: *I tuc hinc ad villam atque istos rastros vilico pisto ipsi facito coram ut tradas in manum. Uxori facito ut nunties negotium mihi esse in urbe, ne me expectet; nam mihi tris hodie litis iudicandas dicito*

285: *Di melius faxint! Di hoc quidem faciunt*

293: *Sanun es qui puerum te esse dicas?*

308 ss.: *Decide collum stanti, si falsum loquor; vel, ut scias me amare, cape cultrum ac seca digitum vel aurem vel tu nassum vel labrum; sei movero me seu secari sensero, Lysimache, auctor sum uti me amando enices*

320: *****atque id vi optingit deum*

325 s.: *Hic homo ex amore insanit. Numquid vis? Vale. Ad portum propero, nam ibi mihi negotium est*

328: *Quin mihi quoque etiamst ad portum negotium*

330 ss.: *Hoc nunc mihi viso opust, huic persuade<re> quo modo potis siem, ut illam vendat neve det matri suae: nam ei dono advexe audivi*

341 ss.: *Miser amicam mihi paravi animi caussa, pretio eripui, ratus clam patrem <me> meum posse habere: is rescivit et vidit et perdidit me*

346 ss.: *Nec quid corde nunc consili capere possim scio; tantus cum cura meost error animo. Dum servi mei perplacet mi consilium, dum rusum hau placet nec pater poti' videtur induci, ut putet matri ancillam emptam esse illam. Nunc si dico ut res est atque illam mihi me emisse indico, quem ad modum existumet me?*

357 s.: *Iam hinc olim <me> invitum domo extrusit ab se, mercatum ire iussit: ibi hoc malum ego inveni*

361 ss.: *muscast meu' pater, nil potest clam illum haberi, nec sacrum nec tam profanum quicquamst, quin ibi ilico adsit. Nec qui rebus meis confidam mi ulla spes in corde certast*

378: *Salvos sum, siquidem isti dicto solida et perpetuast fides*

385: *Eo ego ut, quae mandata amicus amicis tradam*

390 s.: *Sed quid ais? ecquam tu advexti tuae matri ancillam e Rhodo? Advexi*

396 ss.: *Nihil opust nobis ancilla nisi quae texat, quae molat, lignum caedat, pensum faciat, aedis vorrat, vapulet, quae habeat cottidianum familiae coctum cibum; harum illa nihilum quicquam facere poterit. Admodum, ea causa equidem illam emi dono quam darem matri meae. Ne duas neu te advexisse dixeris. Di me adiuvent!*

407 ss.: *Quia illa forma matrem familias flagitium sit sei sequatur; quando incedat per vias, contemplant, conspiciant omnes, nutent, nictent, sibilent, vellicent, vocent, molesti sint; occentent ostium*

410 s.: *Atque, ut nunc sunt maledicentes homines, uxori meae mihique obiectent lenocinium facere*

413 ss.: *Recte, ego emero matri tuae ancillam viraginem aliquam non malam, forma mala, ut matrem addecet familias, aut Syram aut Aegyptiam; ea molet, coquet, conficiet pensum, pinsetur flagro, neque propter eam quicquam eveniet nostris foribus flagiti. Quid si igitur reddatur illi unde empta est? Minime gentium. Dixit se redhibere, si non placeat*

421 ss.: *litigari nolo ego usquam, tuam autem accusari fidem; multo edepol, si quid faciendumst, facere damni mavolo quam obprobamentum aut flagitium muliebre ecferrri domo. Me tibi illam posse opinor luculente vendere. Dum quidem hercle ne minoris vendas quam ego emi, pater. Tace modo: senex est quidam, qui illam mandavit mihi ut emerem ad istanc faciem. At mihi quidam adulescens, pater, mandavit ad illam faciem, ita ut illa est, emerem sibi. Viginti minis opinor posse me illam vendere*

439: *At illic pollicitust prior*

442 ss.: *Potine ut ne licitere advorsum <mei> animi sententiam? Maxumam hercle habebis praedam: ita ille est, quoi emitur senex: sanus non est ex amore illius. Quod posces, feres*

447 s.: *Numquam edepol fuit neque fiet ille senex insanior ex amore quam ille adulescens, quoi ego do hanc operam, pater*

448 ss.: *Non ego illam mancupio accepi. Sed ille illam accipi<e>t, sine. Non potes tu lege vendere illam. Ego aliquid videro. Post autem communest illa mihi cum alio*

454 ss.: *Quia illi suam rem esse aequomst in manu. Quid ais? Communis mihi illa est cum illo: is hic nunc non adest. Priu' respondes quam rogo. Priu' tu emis quam vendo, pater. Nescio, inquam, velit ille illam necne abalienarier. Quid? illi qu<o>idam, qui mandavit tibi, si emetur, tum volet, si ego emo illi qui mandavit, tum ille nolet?*

464 s.: *At me incusato: te fecisse sedulo. Ad portum ne bitas, dico iam tibi. Auscultabitur*

467: *non ipse emam, sed Lysimacho amico mandabo*

469: *Nullus sum, occidi*

472 s.: *Certumst, ibo ad medicum atque ibi me toxico morti dabo, quando id mi adimitur, qua caussa vitam cupio vivere*

475: *Eutyclus, tuos amicus et sodalis, simul vicinus proximus*

478: *Tuo' pater volt vendere... Omnem rem tenes... Tuam amicam*

486 ss.: *Visne eam ad portum? Qui potius quam voles? Atque eximam mulierem pretio? Potius quam auro expendas? Unde erit? Achillem orabo aurum <ut> mihi det, Hector qui expensus fuit. Sanun es? Pol sanus sei sim, non te medicum mi expetam. Tanti quanti poscit, vin tanti illam emi? Auctarium adicito vel mille nummum plus quam poscet. Iam tace. Sed quid ais? unde erit argentum quod des, quom poscet pater?*

498 ss.: *Ergo actutum face cum praeda recipias.*

ACTUS III

499 ss.: *Amice amico operam dedi: vicinus quod rogavit, hoc emei mercimonium. Mea es tu, sequere sane. Ne plora: nimi' stulte facis, oculos corrumpis talis*

503 ss.: *...qur emeris me. Tene ego? ut quod imperetur facias, item quod tu mihi si imperes, ego faciam*

508 s.: *Namque edepol equidem, mi senex, non didici baiiolare nec pecua ruri pascere nec pueros nutrire*

512 s.: *Quasi deicas nullam mulierem bonam esse. Haud equidem deico nec mos meust ut praedicem quod ego omnis scire credam*

525: *Ovem tibi eccillam dabo, natam annos sexaginta, peculiarem*

527 ss.: *Honoris causa quidquid est quod dabitur gratum habebō. Nunc, mulier, ne tu frustra sis, mea non es, ne arbitrere. Deic igitur, quaeso, quōia sum? Tuo ero redempta's rusum; ego te redemi, ille mecum oravit. Animus rediit, sei mecum servatur fides. Bono animo es, liberabit ille te homo*

536 ss.: *Certo, et inter nos coniuravimus, ego cum illo et ille mecum, ego cum viro et ille cum muliere, nisi cum illo aut ille mecum, neuter stupri causa caput limaret. Di immortales!*

539: *Nolim quidem. Homo hercle periiuravit*

542 ss.: *Nihil est. Sequere sis. Hunc me diem unum oravit ut apud me praehiberem locum, ideo quia uxor rurist. Tandem impetravi egomet me ut corrumperem: emptast amica clam uxorem et clam filium*

550 s.: *Adulescens quom sis, tum quom est sanguis integer, rei tuae quaerundae convenit operam dare*

554: *id iam lucrumst quod vivis*

557: *iam iurgio enicabit, si intro rediero*

560 ss.: *ut mihi aedis aliquas conducat volo ubi habitet istaec mulier. Atque eccum it foras. Adducam ego illum iam ad te, si convenero*

590 ss.: *Ita mi in pectore atque in corde facit amor incendium: ni ex oculis lacrumae defendant, iam ardeat, credo, caput. Spem teneo, salutem amisi; redeat an non, nescio*

598a s.: [*Divom atque hominum quae speratrix atque era eadem es hominibus, spem speratam quom optulisti hanc mihi, tibi gratias ago*]

602 ss.: *hicine an apud mortuos? Neque apud mortuos neque hic es. Salvos sum, immortalitas mihi data est: hic emit illam, pulchre os sublevit patri*

611 ss.: *Mulier alienate est aps te. Eutyche, capital facis. Qui? Quia aequalem et sodalem, liberum civem, enicas. Ne di sirint! Demisisti gladium in <iu>gulum: iam cadam. Quaeso hercle, animum ne desponde*

615 s.: *Quoii est empta? Nescio. Iam addicta atque abducta erat, quom ad portum venio*

620 ss.: *Dic, quis emit? Nescio hercle. Hem istucinest operam dare bonum sodalem? Quid me facere vis? Idem quod me vides, ut pereas. Quin percontatu's hominis quae facies foret, qui illam emisset: eo si pacto posset indagarier mulier?*

625 ss.: *Perditisti me et fidem mecum tuam. Di sciunt culpam meam istanc non esse ullam. Eugepae! Deos apsentis testis memoras: qui ego istuc credam tibi? Quia tibi in manust quod credas, ego quod dicam id mihi in manust. De istac re argutus es, ut par pari respondeas, ad mandata claudus, caecus, mutus, mancus, debilis. Promittebas te os sublinere meo patri: egomet credidi homini docto rem mandare, is lapidi mando maxumo*

635: *civisne esset an peregrinus. Civem esse aibant Atticum*

644 s.: *Non possum durare, certumst exsulatum hinc ire me.
Sed quam capiam civitatem cogito potissimum*

652 s.: *Quis modus tibi exsilio tandem eveniet, qui finis fugae?
Quae patria aut domus tibi stabilis esse poterit?*

658 ss.: *Hoc mihi certissimumst. Eo domum, patrem atque
matrem ut meos salutem; postea clam patrem patria hac
ecfugiam aut aliquid capiam consilii*

663 ss.: *Certumst praeconum iubere iam quantum est
conducier, qui illam investigent, qui inveniant. Post ad pretorem
ilico ibo, orabo ut conquisitores det mi in vicis omnibus*

ACTUS IV

673 ss.: *Annos octoginta et quattuor: et eodem accedit servitus,
sudar, sitis; simul haec quae porto deprimunt. Aliquid cedo
qui hanc vicini nostri aram augeam. Da sane hanc virgam lauri,
abi tu intro. Eo. Apollo, quaeso te ut des pacem propitius,
salutem et sanitatem nostrae familiae, meoque ut parcas gnato
pace propitius*

682 ss.: *Satin tu sana's, opsecro? quid eiulas? Dorippa, mea
Dorippa. Quid clamas, opsecro? Nescioquaest mulier intus hic
in aedibus. Quid, mulier? Mulier meretrix*

689 s.: *I hac mecum, ut videas semul tuam Alcumenam
paelicem, luno mea*

700 ss.: *Miserior mulier me nec fiet nec fuit, tali viro quae nupserim.
Heu miserae mihi! Em quoi te et tua quae tu habeas commendes*

viro, em quoi decem talenta dotis detuli, haec ut viderem, ut ferrem has contumelias! Perii hercle! Rure iam rediit uxor mea

710: *Ut te omnes, Demipho, di perduint!*

725 s.: *Dictum oportuit. Non possum, ita instas; urges quasi pro noxio. Scio, innoxius*

729: *Nihil agis, manifesto teneo in noxia. Qua noxia?*

735 ss.: *De istac sum iudex captus. Iudex? iam scio: nunc tu in consilium istam advocavisti tibi. Immo sic: sequestro mihi datast*

752 s.: *Quid ais tu? Etiamne haec illi tibi iusserunt, quos inter iudex datu's?*

757: *Scitam hercle opinor concubinam hanc*

762 ss.: *Ita me amabit Iuppiter, uxor, ut ego illud numquam deixi. Etiam negas? Palam istaec fiunt te me odisse. Quin nego*

769 s.: *Mercedem cedo. Cras petito, dabitur*

774 ss.: *incommodi si quid tibi evenit, id non est culpa mea. Quin me eradicas miserum. Scio iam quid velis: nemp' me hinc abire veis. Volo, inquam. Abibitur. Drachmam dato. Dabitur. Darei ergo sis iube. Darei potest interea dum ille ponunt*

784 ss.: *Non miror sei quid damni facis aut flagiti nec pol ego patiar seic me nuptam tam male measque in aedis seic scorta obductarier. Syra, i, rogato meum patrem verbeis meeis ut veniat ad me iam semul tecum*

790: *Concepteis verbeis iam iusiurandum dabo*

793 ss.: *Ah te, vicine, di deaeque perduint, cum tua amica cumque amationibus! Suspicione implevit me indignissime, concivit hostis domi: uxor acerrumast. Ibo ad forum atque Demiphoni haec eloquar, me istanc capillo protracturum esse in viam, nisi hinc abducit, quo volt, ex hisce aedibus. Uxor, heus uxor!*

803 s.: *Era quo me misit, ad patrem, non est domi: rus abiisse aibant. Nunc domum renuntio*

810 ss.: *Iam mater rure rediit? responde mihi. Cum quidem salute familiai maxuma. Quid istuc negotist? Tuo' pater bellissimus amicam adduxit intro in aedis*

817 ss.: *Escator lege dura vivont mulieres multoque iniquiore miserae quam viri. Nam si vir scortum duxit clam uxorem suam, id si rescivit uxor, impunest viro. Uxor virum si clam domo egressa est foras, viro fit caussa, exigitur matrumonio. Utinam lex esset eadem, quae uxori est, viro! Nam uxor contenta est, quae bona est, uno viro: qui minu' vir una uxore contentus siet? Ecastor faxim, si itidem plectantur viri, si quis clam uxorem duxerit scortum suam, ut illae exiguntur quae in se culpam commerent; plures viri sint vidui quam nunc mulieres*

ACTUS V

832 ss.: *Usus, fructus, victus, cultus iam mihi harunc aedium interemptust, interfectust, alienatust. Occidi! Di penates meum parentum, familiai Lar pater, vobis mando meum parentum rem*

bene ut tutemini. Ego mihi alios deos penatis persequar, alium Larem, aliam urbem, aliam civitatem: ab Atticis abhorreo; nam ubi mores deteriores increbrescunt in dies, ubique amici qui infideles sient nequeas pernoscere ubique id eripiatur animo tuo quod placeat maxume, ibi quidem si regnum detur, non cupitast civitas. Divom atque hominum quae speratrix atque era eadem es hominibus, spem speratam quom optulisti hanc mihi, gratis ago

845 ss.: *Domi erat quod quaeritabam! Sex sodalis repperi, vitam, amicitiam, civitatem, laetitiam, ludum, iocum: eorum inventu res simitu pessumas pessum dedi, iram, inimicitiam, maerorem, lacrumas, exilium, inopiam, solitudinem, stultitiam, exitium, pertinaciam. Date, di, quaeso conveniundi mihi eius celerem copiam*

858: *Certa rest me usque quaerere illam quoquo hinc abductast gentium*

865 s.: *Invoco vos, Lares viales, ut me bene tutetis. Iuppiter! Estne illic Charinus? Cives, bene valete*

868: *Spes, Salus, Victoria*

883: *Quo nunc ibas? Exsulatum*

893: *Enicas me miserum tua re<ti>centia*

897 s.: *Etiam metuis? omnia commostrabo. Amicior mihi nullus vivit atque is est qui illam habet neque est quoi magi' me melius velle aequom siet*

900: *Sane hoc non in mentem venit dudum, ut ob ****

908: *Deos orato ut eius faciant copiam*

917 s.: *Enicas. Non opus est, inquam, nunc intro te ire. Responde mihi, qua caussa? Operae non est. Cur? Quia non est illi commodum*

926: *Eam rem nunc exquirat intus. Iam machaerast in manu*

932 ss.: *Sanus non es. Quin, pedes, vos in curriculum conicitis in Cyprum recta, quandoquidem pater mihi exilium parat?*

946 ss.: *Navem conscendo, profiscicor ilico. Iam sum domi, iam redii <ex> exsilio. Salve, mi sodalis Eutyche: ut valuisti? quid parentes mei? valent mater, pater?*

950 s.: *Sic decet, sic fieri oportet. Heia! quae mi somnias! Hic homo non sanust*

954: *Pacem componi volo meo patri cum matre: nam nunc est irata*

965 ss.: *Cette dextras nunciam. Di me servant. Tibi amicam esse nullam nuntio. Di te perdant! quid negotist nam, quaeso, istuc?*

969 s.: *Qui bono sunt genere nati, <si> sunt ingenio malo, suapte culpa genere capiunt, genus ingenio inprobant*

972 s.: *Eo illud est verum magis: nam te istac aetate haud aequom filio fuerat tuo adulescenti amanti amicam eripere emptam argento suo*

975 s.: *Ille quidem illam sese ancillam matri emisse dixerat. Propterea igitur tu mercatu's, novos amator, vetu' puer?*

979 s.: *Filio suo qui innocenti fecit tantam iniuriam. Quem quidem hercle ego, in exilium quom iret, redduxi domum; nam ibat exsulatum*

983a: *Vacuom esse istac ted aetate his decebat noxiis*

985: *nam si istuc ius est senecta aetate scortari senes, ubi locist res summa nostra publica?*

987 ss.: *Iam opsecro hercl' vobis habete cum porcis, cum fiscina. Redde illi. Sibi habeat, iam ut volt per me sibi habeat licet*

991: *Supplici sibi sumat quid volt ipse ob hanc iniuriam*

995 ss.: *Eutyche, ted oro, sodalis eius es, serva et subveni: hunc senem para me clientem: memorem dices benefici. Ora ut ignoscat delictis tuis atque... adolescentiae*

1005 s.: *Eamus intro, non utibilest hic locus factis tuis, dum memoramus, arbitri ut sint, qui praetereant per vias*

1009: *Optumest, illac per hortum nos domum transibimus*

1015 ss.: *Immo dicamus senibus legem censeo priu' quam abeamus, qua se lege teneant contentique sint. Annos gnatus sexaginta qui erit, si quem scibimus si maritum sive hercle adeo caelibem scortarier, cum eo nos hac lege agemus: inscitum*

arbitrabimur et per nos quidem hercle egebit qui suom prodegerit. Neu quisquam posthac prohibeto adulescentem filium quin amet et scortum ducat, quod bono fiat modo; si quis prohibuerit, plus perdet clam <quam> si praehibuerit palam. Haec adeo uti ex hac nocte primum lex teneat senes. Bene valete; atque, adulescentes, haec si vobis lex placet, ob senum hercle industriam vos aequom est clare plaudere

Miles gloriosus

Argumentum I

5: *Suom arcessit erum Athenis et forat geminis communem clam parietem in aedibus*

10 ss.: *Itemque impellit militem Palaestrio omissam faciat concubinam, quando ei senis vicini cupiat uxor nubere. Ultro abeat orat, donat multa. Ipse in domo senis prehensus poenas pro moecho luit*

Argumentum II

12 ss.: *Mox ei dominus aedium suam clientem sollicitandum ad militem subornat. Capitur ille; sperat nuptias, dimittit concubinam et moechus vapulat*

ACTUS I

3 s.: *ut, ubi usus veniat, contra conserta manu praestringat oculorum aciem in acie hostibus*

6 ss.: *ne lamentetur neve animum despondeat quia se iam pridem feriatam gestitem, quae misera gestit [et] fartem facere ex hostibus*

10: *Stat propter virum fortem atque fortunatum atque forma regia*

21 ss.: *Periuriorem hoc hominem siquis viderit aut gloriarum pleniorum quam illic est, me sibi habeto, ego <met ei> me mancupio dabo. Nisi unum: epityra estur insanum bene*

26: *Eccum. Edepol vel elephanto in India quo pacto ei pugno praefregisti brachium!*

38 ss.: *Tabellas vis rogare. Habeo, et stilum. Facete advortis tuom animum ad animum meum. Novisse mores tuos me meditate decet curamque adhibere*

45 ss.: *sunt homines quos tu occidisti uno die. Quanta istaec hominum summast? Septem milia. Tantum esse oportet*

50 ss.: *Dum tale facies quale adhuc, adsiduo edes; communicabo semper te mensa mea. Quid in Cappadocia, ubi tu quingentos simul, ni hebes machaera foret, uno ictu occideras?*

58: *Amant te omnes mulieres, neque iniuria, qui sis tam pulcher*

66 ss.: *Quaen me ambae opsecraverint ut te hodie quasi pompam illa praeterducerem? Nimiast miseria nimi' pulchrum esse hominem Immo itast: molestae sunt; orant, ambiunt, exopsecrant videre ut liceat; ad sese arcessi iubent, ut tuo non*

liceat dare operam negotio. Videtur tempus esse ut eamus ad forum, ut in tabellis quos consignavi hic heri latrones, ibus dinumerem stipendium. Nam rex Seleucus me opere oravit maximo ut sibi latrones cogere et conscriberem. Regi hunc diem mihi operam decretumst dare

ACTUS II

83 ss.: *Nunc qua adsedistis causa in festivo loco, comoediai quam nos acturi sumus et argumentum et nomen vobis eloquar*

88 ss.: *Hoc oppidum Ephesust: illest miles meus erus, qui hinc ad forum abiit, gloriosus, inprudens, stercoreus, plenus peiuri atque adulteri*

95 ss.: *Nam ego hau diu apud hunc servitatem servio. Id volo vos scire, quo modo ad hunc devenerim in servitatem ab eo quoi servivi prius. Date operam; nam nunc argumentum exordiar. Erat erus Athenis mihi adulescens optumus*

102 s.: *Is publice legatus Naupactum fuit magnai rei publicai gratia*

114 s.: *Ubi amicam erilem Athenis evectam scio, ego quantum vivos possum mihi navem paro*

118 ss.: *capiunt praedones navem illam ubi vectus fui. Priu' uerii quam ad erum veni quo ire occeperam. Ille <qui> me cepit dat me huic dono militi*

129 ss.: *Ego quoniam inspexi mulieris sententiam, cepi tabellas, consignavi, clanculum dedi mercatori quoidam, qui ad illum*

deferat meum erum, qui Athenis fuerat, qui hanc amaverat, ut si huc veniret. Is non spreuit nuntium

136 s.: *itaque illi amanti suo hospiti morem gerit. Nosque opera consilioque adhortatur, iuvat*

140 ss.: *nam unum conclave, concubinae quod dedit miles, quo nemo nisi eapse inferret pedem, in eo conclavi ego perfodi parietem, qua commeatus clam esset hinc huc mulieri*

145: *Nam meu' conservos est homo hau magni preti, quem concubinae miles custodem addidit*

156 ss.: *Ni hercle diffregeritis talos posthac quemque in tegulis videretis alienum, ego vostra faciam latera lorea. Mi quidem iam arbitri vicini sunt meae quid fiat domi; ita per impluvium intro spectant*

164 ss.: *Atque adeo, ut ne legi fraudem faciant aleariae, adcuratote ut sine talis domi agitent convivium. Nescio quid malefactum a nostra hic familiast, quantum audio*

172 ss.: *Quid tumultuas cum nostra familia? Occisi sumus. Quid negotist? Res palamst. Quae res palam est? De tegulis modo nescio quis inspectavit vostrum familiarum per nostrum impluvium intus apud nos Philocomasium atque hospitem osculantis*

182 ss.: *I sis, iube huc transire quantum possit, se ut videant domi familiares; nisi quidem illa nos volt, qui servi sumus, propter amorem suom omnis crucibus contubernalis dari*

185a: *perfecto ut ne quoquam de ingenio degrediatu muliebri earumque artem et disciplinam optineat colere*

189 ss.: *Os habet, linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam, confidentiam, confirmatam, fraudulentiam; qui arguat se, eum contra vincat iure iurando suo. Domi habet animum falsiloquom, falsificum, falsiurium, domi dolos, domi delenifica facta, domi fallacias. Nam mulier holitori numquam supplicat, siquast mala. Domi habet hortum et condimenta ad omnis mores malificos*

196 ss.: *Paullisper tace, dum ego mihi consilia in animum convoco et dum consulo quid agam, quem dolum doloso contra conservo parem, qui illam hic vidit osculantem, id visum ut ne visum siet*

210 ss.: *Apage, non placet profecto mihi illaec aedificatio; nam os columnatum poetae esse indauidi barbaro, quoi bini custodes semper totis horis occubant*

215 s.: *Age siquid agis; vigila, ne somno stude, nisi quidem hic agitare mavis varius virgis vigilias*

219 s.: *Viden hostis tibi adesse tuoque tergo opsidium? consule, arripe opem auxiliumque ad hanc rem*

222 ss.: *Coge in opsidium perduellis, nostris presidium para. Interclade inimicis com meatum, tibi muni viam qua cibus com meatusque ad te et legiones tuas tuto possit pervenire*

242 ss.: *Ut, si illic con criminatus sit advorsum militem meu' conservos, eam vidisse hic cum alieno osculari, eam arguam*

*vidisse apud te contra conservom meum cum suo amatore
amplexantem atque osculantem*

250: *Trecentae possunt caussae conligi*

260 ss.: *Et quidem ego ibo domum, atque hominem investi-
gando operam huic dissimulabiliter dabo, qui fuerit conservos,
qui hodie sit sectatus simiam. Nam ill' non potuit quin sermo-
ne suo aliquem familiarium participaverit de amica eri, sese
vidisse eam hic in proxumo osculantem cum alieno
adulescentulo. Novi morem egomet*

267: *vi pugnandoque hominem caperest certa res*

278 s.: *Ne ercle hodie quantum hic familiariumst Maximum
in malum cruciatumque insuliamus*

293 ss.: *Verum enim tu istam, si te di ament, temere hau tollas
fabulam. Tuis nunc cruribus capitique fraudem capitalem hinc
creas; nam tibi iam ut pereas paratum est dupliciter, nisi
supprimis tuom stultiloquium. Qui vero dupliciter? Dicam tibi.
Primumdum, si falso insimulas Philocomasium, hoc perieris;
iterum, si id verumst, tu ei custos additus perieris*

305 ss.: *Quid ego nunc faciam? custodem me illi miles addidit;
nunc si indicium facio, interii; < interii> si taceo tamen, si hoc
palam fuerit*

310 s.: *Hoccine si miles sciat, credo hercle has sustollat aedis
totas [itollat] atque hunc in crucem*

316 ss.: *Non ego tuam empsim vitam vitiosa nuce. Quid negotist? Quid negoti sit rogas? Qur non rogem? Non tu tibi istam praetruncari linguam largiloquam iubes?*

337: *Nemp' tu istic ais esse erilem concubinam?*

340 ss.: *Neque solarium neque hortum nisi per inpluvium? Scio. Quid nunc? si ea domist, si facio ut eam exire hinc videas domo, dignun es verberibus multis? Dignus. Serva istas fores, ne tibi clam se supterducat istinc atque huc transeat*

347: *Nam egoquidem meos oculos habeo nec rogo utendos foris*

351: *neque quoiquam quam illic in nostra meliust famulo familia*

358 ss.: *Hanc rem gero; habeo auris loquere quidvis. Credo ego istoc exemplo tibi esse pereundum extra portam, dispessis manibus patibulum quom habebis*

362: *Pro di immortales, eri concubinast haec quidem!*

364 s.: *Ubi iste est bonu' servos qui probri me maxumi innocentem falso insimulavit?*

372 ss.: *Noli minitari; scio crucem futuram mihi sepulcrum; ibi mei maiores sunt siti, pater, avos, proavos, abavos. Non possunt mihi minaciis tuis hisce oculi ecfodiri*

378 s.: *Nam certo neque solariumst apud nos neque hortus ullus neque fenstra nisi cla<t>rata*

383 s.: *Hac nocte in somnis mea soror geminast germana visa venisse Athenis in Ephesum cum suo amatore quodam*

389: *Nam arguere in somnis me meus mihi familiaris visust*

396: *Neque me quidem patior prob<r>i falso inpune insimulatam*

404: *Si ad erum haec res prius devenerit, peribis pulchre*

411 ss.: *Inde ignem in aram, ut Ephesiae Dianae laeta laudes gratisque agam eique ut Arabico fumificem odore amoeno, quom me in locis Neptuniis templisque turbulentis servavit, saevis fluctibus ubi sum adflictata multum*

417: *Haec mulier, quae hinc exit modo, estne erilis concubina Philocomasium an non est?*

426: *Quis tu homo es aut mecum quid est negoti?*

437: *Iniura's; falsum nomen possidere, Philocomasium, postulas*

438: *et meo ero [non] facis iniuriam*

441 ss.: *Dic mihi, quid hic tibi in Epheso est negoti? Geminam germanam meam hic sororem esse indauidivi*

444: *Manifestaria's*

451 ss.: *Hosticum hoc mihi domicilium est: Athenis domus est atque erus. Ego istam domum neque moror, neque vos qui*

homines sitis novi, neque scio. Lege agito: te nusquam mittam, nisi das firmatam fidem, te huc, si omiserò, intro ituram

455 ss.: *Do fidem, si omittis, isto me intro ituram quo iubes. Ecce omitto. At ego abeo missa. (Sc) Muliebri fecit fide. Sceledre, <e> manibus amisisti praedam. Tam east quam potis nostra erilis concubina*

460 s.: *Intro rumpam recta in aedis: quemquem hic intus videro cum Philocomasio osculantem, eum ego opruncabo extempulo*

463 ss.: *Iam faxo hic erit. Neque eques neque pedes profectost quisquam tanta audacia, qui aequè faciat confidenter quicquam quam mulier facit*

470: *Domi eccam erilem concubinam*

474 ss.: *Sed numquam quisquam faciet quin soror istaec sit gemina huius. Eam pol tu osculantem hic videras. Id quidem palam est eam esse ut dicis. Quid propius fuit quam ut perirem, si elocutus essem ero? Ergo, si sapis, mussitabis: plus oportet scire servom quam loqui. Ego abeo a te, nequid tecum consili commisceam, atque apud hunc ero vicinum; tuae mihi turbae non placent. Eru' si veniet, si me quaeret, hic ero; hinc me arcesso. Satin abiit ille neque erili negotio plus curat quasi non servitutum serviat? Certo illa quidem hic nunc intus est in aedibus; nam egomet cubantem eam modo offendi domi*

488 ss.: *Meamne hic invitam hospitam, quae heri huc Athenis cum hospite advenit meo, tractatam et ludificatam, ingenuam et liberam?*

499 ss.: *An quia latrocinamini, arbitramini quidvis licere facere vobis, verbero? Licetne? At ita me di deaque omnes ament, nisi mihi supplicium virgarum de te datur longum diutinumque a mani ad vesperum, quod meas confregisti imbricis et tegulas, ibi dum condignam te sectaris simiam, quodque inde inspectavisti meum apud me hospitem amplexum amicam, quom osculabatur, suam; quodq' concubinam erilem insimulare ausus es probri pudicam meque summi flagiti, tum quod tractavisti hospitam ante aedis meas, nisi mihi supplicium stimuleum de <te> datur, dedecoris pleniorum erum faciam tuom quam magno vento plenu<m>st undarum mare. Ita sum coactus, Periplec[t]omene, ut nesciam, utrum me <ex>postulare priu' tecum aequiust*

528 ss.: *Pro di immortales, similiores mulieres magique eandem, ut pote quae non sit eadem, non reor deos facere posse*

541 ss.: *Periplec[t]omene, te opsecro per deos atque homines perque stultitiam meam perque tua genua.... Quid opsecras me?*

547 ss.: *Erum exhibeas volo. Meruisse equidem me maximum fateor malum et tuae fecisse me hospitae aio iniuriam. Sed meam esse erilem concubinam censui, quod me custodem erus addidit miles meus*

553: *Et me despexi ad te per impluvium tuom fateor*

558 ss.: *Ratu'n istic me hominem esse omnium minimi preti, si ego me sciente paterer vicino meo eam fieri apud me tam insignite iniuriam?*

563 ss.: *Immo indigne; nam hominem servom suos domitos habere oportet oculos et manus orationemque*

571 ss.: *At tibi di faciant bene. Ne tu hercle, si te di ament, linguam conprimes*

578 ss.: *Scio quam rem gerat: ut, miles quom extemplo a foro adveniat domum, domi comprehendar. Una hic et Palaestrio me habent venalem*

586 ss.: *Sat edepol certo scio occisam saepe sapere plus multo suem, quin id adimatur ne id quod vidit viderit*

591 ss.: *nimum festivam mulier operam praehibuit. Redeo in senatum rusum. Nam Palaestrio domi nunc apud me est, Sceledrus nunc autemst foris: frequens senatus poterit nunc haberier*

ACTUS III

595 ss.: *Cohibete intra limen etiam vos parumper, Pleusicles. Sinite me priu' perspectare, ne uspiam insidiae sient, concilium quod habere volumus. Nam opus est nunc tuto loco, unde inimicus ne quis nostri spolia capiat consili [Unde inimicus nequis nostri spolia capiat auribus]*

604 ss.: *Quippe qui si rescivere inimici consilium tuom, tuopte tibi consilio occludunt linguam et constringunt manus, atque eadem quae illis voluisti facere, illi faciunt tibi. Sed speculator nequis aut hinc aut ab laeva aut a dextera nostro consilio venator adsit cum auritis plagis. Sterilis hinc prospectus usque ad ultumamst plateam probe*

612: *Facilest imperium in bonis*

624: *Novo modo tu homo amas, siquidem te quicquam quod faxis pudet*

657 s.: *Tu<i> quidem edepol omnes mores ad venustatem vigent. Cedo tris mi homines aurichalco contra cum istis moribus*

661 s.: *Tute me ut fateare faciam esse adulescentem moribus, ita apud omnis comparebo tibi res benefactis frequens*

675 s.: *et quod in dinis rebus sumat sumptus, sapienti lucrost. Deum virtute est te unde hospitio accipiam apud me comiter*

678 ss.: *Liberae sunt aedes, liber sum autem ego; mi volo vivere. Nam mihi, deum virtute dicam, propter divitias meas licuit uxorem dotatam genere summo ducere; sed nolo mi oblatricem in aedis intro mittere. Qur non vis? nam procreare liberos lepidumst opus*

691 ss.: *da, mi vir, Calendis meam qui matrem moenerem; da qui faciam condi<men>ta; da quod dem Quinquatrubus praecantrici, coniectrici, hariolae atque haruspicae; flagitiumst si nil mittetur, quae supercilio spicit*

699 ss.: *Haec atque huius similia alia damna multa mulierum me uxore prohibent, mihi quae huius similis sermones serat. Di tibi propitii sunt; nam hercle si istam semel amiseris libertatem, hau facile in eundem rusum restitues locum. At illa laus est, magno in genere et in divitiis maxumis liberos hom-*

inem educare, generi monumentum et sibi. Quanto habeo multos cognatos, quid opu' sit mihi liberis?

707: *Mea bona mea morte cognatis didam, inter eos partiam*

710: *Eos pro liberis habebo, qui mihi mittunt munera. Sacrificant*

714 ss.: *Illi inter se certant donis, egomet mecum mussito: 'Bona mea inhiant, me certatim nutricant et munerant'. Nimi' bona ratione nimiumque ad te et tuam vitam vides. Et tibi sunt gemini et trigemini, si te bene habes, filii*

720 s.: *cecidissetve ebrius aut de equo uspiam, metuerem ne ibi diffregisset crura aut cervices sibi*

725 ss.: *ita me di deaeque ament, aequom fuit deos paravisse uno exemplo ne omnes vitam viverent. Sicut merci pretium statuit qui est probus agoranomus: quae probast <mers, pretium ei statuit> pro virtute ut veneat, quae improbast, pro mercis vitio dominum pretio pauperet; itidem divos dispertisse vitam humanam aequom fuit*

736 s.: *Qui deorum consilia culpet, stultus inscitusque sit, quique eos vituperet*

741 ss.: *Nam hospes nullus tam in amici hospitium devorti potest, quin, ubi triduom continuom fuerit, iam odiosus siet; verum ubi dies decem continuos sit, east odiorum Ilias. Tametsi dominus non invitus patitur, servi murmurant. Serviendae servituti ego servos instruxi mihi, hospes, non qui mi imperarent quibu've ego essem obnoxius*

752: *Proletario sermone nunc quidem, hospes, utere*

755 ss.: *Insanivisti hercle, nam idem hoc hominibus sat erat decem. Quod eorum causa opsonatu<m>st culpant et comedunt tamen*

763: *Bonu' bene ut malos descripsit mores!*

766: *Mihi opus est opera tua, Periplec[t]omene*

772 ss.: *At ego mi anulum dari istunc tuom volo. Quam ad rem usuist? Quando habebo, igitur rationem mearum fabricarum dabo. Utere, accipe. Accipe a me rusum rationem doli, quam institui. Perpur<i>gatis damu' tibi ambo operam auribus. Eru' meus ita magnus moechus mulierum est ut neminem fuisse aequae neque futurum credo*

784 ss.: *Ingenuamne an libertinam? Aequi istuc facio, dum modo eam des quae sit quaestuosa, quae alat corpus corpore, quoique sapiat pectus; nam cor non potest, quod nulla habet*

789 ss.: *Habeo eccillam meam clientam, meretricem adolescentulam. Sed quid ea usus est? Ut ad te eam iam deducas domum itaque eam huc ornatam adducas: ex matronarum modo capite compto crinis vittasque habeat adsimuletque se tuam esse uxorem*

795 ss.: *Ita praecipito mulieri atque ancillulae, ut simulet se tuam esse uxorem et deperire hunc militem, quasique hunc anulum faveae suae dederit, ea porro mihi, militi ut darem, quasique ego rei sim interpres*

800 ss.: *Ei dabo, <a> tua mi uxore dicam delatum et datum, ut sese ad eum conciliarem. Ille – eiusmodi est- cupiet miser; qui nisi adulterio studiosus rei nulli aliaest inprobis*

813 ss.: *Quantas res turbo, quantas moveo machinas! Eripiam ego hodie concubinam militi, si centuriati bene sunt manuplares mei. Sed illum vocabo. Heus, Sceledre, nisi negotium<st>, progredere ante aedis; te voco, Palaestrio*

830: *Negas? Nego hercle vero*

833: *Neque tu bibisti? Di me perdant, si bibi, si bibere potui!*

843: *si falsa dices, <L>urcio, excruciabere*

857 ss.: *Vos in cella vinaria Bacchanal facitis. Iam hercle ego illum adducam a foro. Perii! excruciabit me erus, domum si venerit, quom haec facta scibit, quia sibi non dixerim. Fugiam hercle aliquo atque hoc in diem extollam malum. Ne dixeritis, opsecro, huic, vostram fidem*

873: *Lepide hoc succedit sub manus negotium*

878 ss.: *Stultitia <at>que insipientia mea istaec sit ** me ire in opus alienum aut tibi meam operam pollicitari, si ea in opificina nesciam aut mala esse aut fraudulenta*

912 s.: *Quasique anulum hunc ancillula tua aps te detulerit ad me, quem ego militi ** darem tuis verbis*

915: *Nam, mi patrone, hoc cogitato*

922 ss.: *Nemp' tu novisti militem meum erum? Rogare mirumst. Populi odium quidni noverim, magnidicum, cincinnatum, moechum unguentatum?*

927 ss.: *Potin ut hominem mihi des, quiescas cetera? ni ludificata lepide ero, culpam omnem in me inponito. Age igitur intro abite; insistite hoc negotium sapienter. Alia cura. Age, Periplec[t]omene, has nunciam duc intro. Ego ad forum illum conveniam atque illi hunc anulum dabo atque praedicabo a tua uxore mihi datum esse eamque illum deperire. Hanc ad nos, quom extemplo a foro veniemus, mittito<te>, quasi clanculum ad <eum > missa sit. Faciemus; alia cura*

936 ss.: *Bene ambula, bene rem geras. Egone hoc si ecficiam plane, ut concubinam militis meus hospes habeat hodie atque hinc Athenas avehat, <si> hodie hunc dolum dolamus, quid tibi ego mittam muneris? Datne ab se mulier operam?*

ACTUS IV

947 ss.: *Volup est, quod agas si id procedit lepide at<que ex>sententia. Nam ego hodie ad Seleucum regem misi parasitum meum, ut latrones quos conduxì hinc ad Seleucum duceret, qui eius regnum tutarentur, mihi dum fieret otium. Quin tu tuam rem cura potius quam Seleuci, quae tibi condicio nova et luculenta fertur per me interpretem. Immo omnis res posteriores pono atque operam do tibi*

956 s.: *nam hoc negoti clandestino ut agerem mandatust mihi. Nemo adest. Hunc arrabonem amoris primum a me accipe*

960 ss.: *Eius nunc mi anulum ad te ancilla porro ut deferrem dedit. Quid ea? ingenuan an festuca facta e serva liberast? Vah, egone ut ad te ab libertina esse auderem internuntius, qui ingenuis sati' responsare nequeas quae cupiunt tui? Nuptanest an vidua? Et nupta et vidua. Quo pacto potis nupta et vidua esse eadem?*

971 s.: *Nunc te orare atque opsecrare iussit, ut eam copiam sibi potestatemque facias*

973 ss.: *Quid illa faciemus concubina quae domist? Quin tu illam iube aps te abire quo lubet: sicut soror eius huc gemina venit Ephesum et mater, accersuntque eam*

980 ss.: *Tum te hoc facere oportet. Tibi divitiarum adfatimst; iube sibi aurum atque ornamenta, quae illi instruxti mulieri, dono habere, <abire>, auferre aps te quo lubeat sibi. Placet ut dicis. Sed ne istanc amittam et haec mutet fidem vide modo*

988 s.: *Ancillula illiust, quae hinc egreditur foras; quae anulum istunc attulit, quem tibi dedi*

994 s.: *Numquis[nam] hic prope adest qui rem alienam potius curet quam suam, qui aucupet me quid agam, qui de vesperi vivat suo?*

1007 s.: *Hercle hanc quidem nil tu amassis; mihi haec desponsast; tibi si illa hodie nupserit, ego hanc continuo uxorem ducam*

1010: *Utinam, quoius caussa** foras sum egressa, conveniundi mihi potestas evenat*

1016: *Cedo signum, si harunc Baccharum es*

1038: *Di tibi dent quaequomque optes*

1049: *nam hunc anulum ab tui cupienti huic detuli, hic porro
<ad te>*

1051: *sit necne sit spes in te uno est*

1056 ss.: *Heu hercle odiosas res! quotiens hoc tibi, verbero, ego interdixi, meam ne sic volgo pollicitere operam? Audin tu, mulier? Dixi hoc tibi dudum et nunc dico: nisi huic verri adfertur merces, non hic suo seminio quemquam proculenam inperiturust. Dabitur quantum ipsus preti poscet. Talentum Philippi huic opus auri est. Minus ab nemine accipiet*

1065 ss.: *Praeter thensauros. Tum argenti montis, non massas habet. Aetna mons non aequae altus<t>. Eu ecastor hominem peiurum!*

1074: *Ob eam caussam huc aps te avorti*

1076 ss.: *Contra auro alii hanc vendere potuit operam. Pol istuc tibi credo. Meri bellatores gignuntur, quas hic praegnatis fecit, et pueri annos octingentos vivont*

1081 ss.: *Perii! quot hic ipse annos vivet, quoius filii tam diu vivont? Postriduo natus sum ego, mulier, quam Iuppitr ex Ope natust. Si hic pridie natus foret quam illest, hic haberet regnum in caelo*

1090: *Hic cum era est: clam nostrum hunc sermonem sublegerunt*

1094 ss.: *Quid nunc mihi es auctor ut faciam, Palaestrio, de concubina? nam nullo pacto potest prius haec in aedis recipi quam illam amiserim*

1099 ss.: *Aurum atque vestem muliebrem omnem habeat sibi, quae illi instruxisti; sumat, habeat, auferat; dicasque tempus maxime esse ut eat domum: sororem geminam adesse et matrem dicito, quibu'concomitata recte deveniat domum*

1117 ss.: *Qui potius quam tute adeas, tuam rem tute agas? Dicas uxorem tibi necessum [esse] ducere; cognatos persuadere, amicos cogere*

1125 ss.: *Istuc cave faxis. Quin potius per gratiam bonam abeat aps te; atque illaec quae dixi dato. Aurum, ornamenta quae illi instruxisti ferat*

1137: *Sequimini, simul circumspicite nequis adsit arbiter*

1144 ss.: *Bono animo es; negotium omne iam succedit sub manus; vos modo porro, ut occepistis, date operam adiutabilem. Nam ipse miles concubinam intro abiit oratum suam ab se ut abeat cum sorore et matre Athenas. Eu, probe! Quin etiam aurum atque ornamenta quae ipse instruxit mulieri omnia dat dono, a se ut abeat: ita ego consilium dedi*

1164 ss.: *Quasique istius caussa amoris ex hoc matrimonio abierim, cupiens istius nuptiarium. Omne ordine. Nisi modo unum hoc: masce esse aedis dicas dotalis tuas, hinc senem aps te abiisse, postquam feceris divortium*

1174: *Satimest, si tibi meum opus ita dabo expolitum, ut improbare non queas?*

1185: *Huc venito et matris verbis Philocomasium arcessito*

1194 s.: *Atque ubi illo veneris, triduum servire numquam te quin liber sis sinam. Abi cito atque orna te*

1205 ss.: *verum postremo impetravi ut volui; donavi, dedi quae voluit, quae postulavit; <te> quoque <ei> dono dedi*

1207: *[et] idem ego te liberabo*

1209 ss.: *Deos sperabo teque. Postremo tamen etsi istuc mi acerbumst, quia ero te carendumst optumo, saltem id volup est, quom ex virtute formae evenit tibi mea opera super hac vicina, quam ego nunc concilio tibi. Quid opust verbis? libertatem tibi ego et divitias dabo, si impetras*

1221: *meo arbitrato [ut volui]*

1224 s.: *Permirum ecastor praedicas, te adiisse atque exorasse; per epistulam aut per nuntium quasi regem adiri eum aiunt*

1239 ss.: *Si pol me nolet ducere uxorem, genua amplectar atque opsecrabo; alio modo, si non quibo impetrare, consciscam letum; vivere sine illo scio me non posse. Prohibendam mortem mulieri video [mulieri]*

1245: *Ni perdere istam gloriam vis quam habes, cave sis faxis*

1251: *Occlusae sunt fores. Ecfringam. Sana non es*

1257: *Hariolatur. Quia me amat, propterea Venus fecit eam ut divinaret*

1270 ss.: *Verbum edepol facere non potis, si accesserit prope ad te; dum te optuetur, interim linguam oculi praeciderunt. Levandum morbum mulieri video*

1276 ss.: *Egon ad illam eam quae nupta sit? vir eius me deprehendat. Quin tua caussa exegit virum ab se. Quid id facere potuit? Quia aedes dotales huiiu' sunt*

1284 ss.: *Videlicet accersit hanc iam [hic]. Credo. Alium alio pacto propter amorem ni sciam fecisse multa nequiter, verear magis me amoris caussa hoc ornatu incedere*

1289: *mitto iam ut occidi Achilles civis passus est...*

1295 s.: *Hoc adeo fieri credo consuetudine. Nam ego hanc accerso Philocomasium*

1302 ss.: *<I>, Palaestrio, aurum, ornamenta, vestem, pretiosa omnia [ut ferat] duc adiutores tecum ad navim qui ferant. Omnia composita sunt quae donavi; auferat*

1327 ss.: *Nam nil miror, si lubenter, Philocomasium, hic eras <si> forma huiius, mores, virtus [hic] attin<u>ere animum hic tuom, quom ego servos, quando aspicio hunc, lacrumo quia diiungimur*

1338 s.: *Exite atque ecferte huc intus omnia isti quae dedi. Etiam nunc saluto te, <Lar> familiaris, priu' quam eo*

1351: *Tua ego hoc caussa dico*

1354 ss.: *Quamquam alios fideiiores semper habuisti tibi quam me, tamen tibi habeo magnam gratiam rerum omnium; et si ita sententia esset, tibi servire malui multo quam alii libertus esse*

1358 ss.: *<Eheu>, quom venit mi in mentem, ut mores mutandi sient! Muliebres mores discendi, obliuiscendi stratiotici! Fac sis frugi*

1362 ss.: *Quaeso ut memineris: si forte liber fieri occeperim, mittam nuntium ad te: ne me deseras. Non est meum. Cogitato identidem tibi quam fidelis fuerim*

1367: *Scies immo hodie: uerum factum faxo post dices magis*

1369 s.: *Dicant te mendacem nec uerum esse, fide nulla esse te; dicant seruorum praeter me esse fidelem neminem*

1374 s.: *Ante hoc factum hunc sum arbitratus semper seruom pessumum; eum fidelem mihi esse inuenio. Quom egomet mecum cogito, stulte feci, qui hunc amisi*

1380: *investigabo, operae non parsero meae*

1383 s.: *praeter ceteros duo di quem curant. Qui duo? Mars et Venus*

ACTUS V

1394 s.: *Ducite istum; si non sequitur, rapite sublimem foras. Facite inter terram atque caelum ut siet, discindite*

1399: *Quin iamdudum gestit moeCHO hoc abdomen adimere. Ut faciam quasi puero in collo pendeant crepundia*

1401 ss.: *Immo etiam priu' verberetur fustibus. Multum quidem agi ** c** ams ** s ** f ** m** Qur es ausus subigitare alienam uxorem, inpudens? Ita me di ament, ultro ventumst ad me*

1406 ss.: *Oiei, sati's sum verberatus, opsecro! Quam mox seco? Ubi lubet; dispennite hominem divorsum et distendite. Opsecro hercle te, ut mea verba audias priu' quam secat. Loquere non dum niliblo factus. Viduam hercle esse censui; itaque ancilla, conciliatrix quae erat, dicebat mihi. Iura te non nociturum esse homini de hac re nemini, quod tu hodie hic verberatu's aut quod verberabere, si te salvom hinc amitemus, Venerium nepotulum. Iuro per lovem et Mavortem me nociturum nemini, quod ego hic hodie vapularim, iureque id factum arbitror; et si intestatus non abeo hinc, bene agitur pro noxia. Quid, si id non faxis? Ut vivam semper intestabilis. Verberetur etiam; postibi amittendum censeo. Di tibi bene faciant semper, quom advocatus mihi bene's. Ergo des minam auri nobis. Quam ob rem? Salvis testibus ut ted hodie hinc amittamus, Venerium nepotulum*

1414 ss.: *Iuro per lovem et Mavortem me nociturum nemini, quod ego hic hodie vapularim, iureque id factum arbitror; et si intestatus non abeo hinc, bene agitur pro noxia. Quid, si id non faxis? Ut vivam semper intestabilis. Verberetur etiam*

1419 ss.: *Di tibi bene faciant semper, quom advocatus mihi bene's. Ergo des minam auri nobis*

1421 ss.: *Salvis testibus ut ted hodie hinc amittamus, Venerium nepotulum*

1423 ss.: *De tunica et chlamyde et machaera nequid speres; non feres. Verberon etiam an iam mittis? Mitis sum equidem fustibus; Opsecro vos! Solvite istunc*

1426: *Si posthac prehendero ego ted hic, carebis testibus. Caussam hau dico*

1435 ss.: *Scelu' viri Palaestrio, is me in hanc inlexit fraudem. Iure factum iudico: si sic aliis moechis fiat, minus hic moechorum siet; magi' metuant, minus has res studeant*

Mostellaria

Argumentum

1 s.: *Manu misit emptos suos amores Philolaches omnemque absente rem suo absumit patre*

4: *terrifica monstra dicit fieri in aedibus*

5 ss.: *Intervenit lucripeta faenus faenerator postulans, ludosque rursus fit senex, nam mutuom acceptum dicit pignus emptis aedibus*

ACTUS I

3 s.: *Egredere, erilis permities, ex aedibus. Ego pol te ruri, si vivam, ulciscar probe*

10: *Perii! cur me verberas?*

16 ss.: *sane hoc, credo, Tranio, quod te in pistrinum scis actutum tradier. Cis, hercle, paucas tempestates, Tranio, augebis ruri numerum, genus ferratile*

20 ss.: *Nunc, dum tibi lubet licetque, pota, perde rem, corrumpere erilem <nostrum> adulescentum optimum: dies noctesque bibite, pergraecamini; amicos emite, liberate; pascite parasitos; opsonate pollucibiliter. Haecine mandavit tibi, quom peregre hinc it, senex? Hocine modo hic rem curatam offendet suam? Hocine boni esse officium servi existumas ut eri sui corrumpat et rem et filium?*

35 ss.: *An ruri, quaeso, non sunt quos cures bovis? Lubet potare, amare, scorta ducere; mei tergi facio haec, non tui fiducia*

39: *At te Iuppiter dique omnes perdant!*

55: *O carnificium cribrum, quod credo fore: ita te forabunt patibulatum per vias stimulis, si huc <bene re gesta> reveniat senex*

62 ss.: *Ervom daturi<n> estis, bubus quod feram? Date aes inhonestis. Agite, porro pergite, quoniam occepistis: bibite, pergraecamini, este, ecfercite vos, saginam caedite*

77 ss.: *Pro di immortales, opsecro vostram fidem, facite huc ut redeat noster quam primum senex triennium qui iam hinc abest, priusquam omnia periire, et aedes et ager*

104 ss.: *sibi quisque similis volt suas: sumptum, operam <non> parcunt suam. Atque ubi illo immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia, inmundus, <in> strenuos, hic iam aedibus vitium additur, bonae quom curantur male. Atque illud saepe fit: tempestas venit, confringit tegulas imbricesque: ibi dominus indiligens reddere alias nevolt. Venit imber, lavit parietes, perpluont, tigna putefacit, perd<it> operam fabri, nequior factus iam est usus aedium. Atque <ea> haud est fabri culpa, sed magna pars morem hunc induxerunt: siquid nummo sarciri potest usque mantant, neque id faciunt, donicum parietes ruont: aedificantur aedes totae denuo*

126 ss.: *expoliunt, docent litteras, iura, leges sumptu suo et labore, nituntur ut alii sibi esse illorum similis expetant. Ad legionem quom ita <mittunt>, adminiculum eis danunt tum iam aliquem cognatum suom*

133 ss.: *Nam ego ad illud frugi usque et probus fui in fabrorum potestate dum fui; posteaquam immigravi ingenium in meum perdidit operam fabrorum ilico oppido. Venit ignavia, ea mi tempestas fuit*

144 ss.: *Nunc simul res, fides, fama, virtus, decus deseruerunt: ego sum in usu factus nimio nequior. Atque edepol ita haec tigna umid<itat>e putent: non videor mihi sarcire posse aedes meas*

167 s.: *volo me placere Philolachi, meo ocello, meo patrono. Quin tu te exorna moribus lepidis, quom lepida tute es*

170 s.: *Ita me di ament, lepida<st> Scapha, sapit scelesta multum: ut lepide omnes <mo>res tenet sententiasque amantum!*

174 s.: *Ergo ob istuc verbum te, Scapha, donabo ego hodie aliqui, neque patiar te istanc gratiis laudasse, quae placet mi*

177 ss.: *Eho, mavis vituperari<er> falso quam vero extolli? Equidem pol vel falso tamen laudari multo malo, quam vero culpari aut meam speciem alios inridere*

183 ss.: *Quid ais, scelesta? quomodo adiurasti? ita ego istam amarem? Quid istaec me, id cur non additum est? infecta dona facio. Periisti; quod promiseram tibi dono, perdidisti*

188 ss.: *Tu ecastor erras, quae quidem illum expectes unum atque illi morem praecipue sic geras atque alios aspernere. Matronae, non meretricium, est unum inservire amantem. Pro Iuppiter! nam quod malum versatur meae domi illud? Di deaeque omnes me pessumis exemplis interficiant, nisi ego illam anum interfecero siti fameque atque algu*

204 s.: *Solam ille me soli sibi suo <sumptu> liberavit: illi me soli censeo esse oportere opsequentem*

210 ss.: *Libera es iam. Tu iam quod quaerebas habes: ille te nisi amabit ultro, id pro capite tuo quod dedit perdidit tantum argenti*

220 ss.: *Eundem animum oportet nunc mihi esse gratum, ut inpetravi, atque olim, priusquam id extudi, quom illi subblandiebar. Di<vi> me faciant quod volunt, ni ob istam orationem te liberasso denuo et ni Scapham enicasso. Si tibi sat acceptum est, fore tibi victum sempiternum, atque illum amatorem tibi proprium futurum in vita soli gerundum censeo*

morem et capiundas crinis. Ut fama est homini, exin solet pecuniam invenire: ego, si bonam famam mihi servasso, sat ero dives. Siquidem hercle vendundust pater, venibit multo potius, quam te me vivo umquam sinam egere aut mendicare

233 ss.: *Utinam meus nunc mortuos pater ad me nuntietur, ut ego exheredem me meis bonis faciam atque haec sit heres*

239 ss.: *Siquid tu in illum bene voles loqui, id loqui licebit; nec recte si illi dixeris, iam ecastor vapulabis. Edepol si summo lovi bo<no> argento sacrificassem, pro illius capite quod dedi, numquam aequae id bene locassem. Videas eam mudullitus me amare. Oh! probus homo sum: quae pro me causam diceret, patronum liberavi*

246 s.: *Nunc, ne eius caussa vapulem, tibi potius adsentabor, si acceptum sat habes, tibi fore illum amicum sempiternum*

252 s.: *Ob istuc verbum, ne nequiquam, Scapha, tam lepide dixeris, dabo aliquid hodie peculi... tibi, Philematium mea*

269: *Ut speculum tenuisti, metuo ne olant argentum manus: ne usquam argentum te accepisse suspicetur Philolaches*

277: *quasi quom una multa iura confudit cocus*

280 s.: *maxima adeo pars vostrorum intellegit, quibus anus domi sunt uxores, quae vos dote meruerunt*

284 s.: *Philolachem, is ne quid emat, nisi quod tibi placere censeat. Nam amator meretricis mores sibi emit auro et purpura*

290 ss.: *Poste nequiquam exornata est bene, si morata est male. Pulchrum ornatum turpes mores peius caeno conlinunt. Nam si pulchra est, nimis ornata est. Nimis diu abstineo manum*

297 ss.: *Em, istuc verbum vile est viginti minis. Cedo, amabo, decem: bene emptum tibi dare hoc verbum volo. Etiam nunc decem minae apud te sunt; vel rationem puta: triginta minas pro capite tuo dedi*

302 ss.: *nec quicquam argenti locavi iam diu usquam aequae bene? Certe ego, quod te amo, operam nusquam melius potui ponere. Bene igitur ratio accepti atque expensi inter nos convenit*

308 ss.: *Cedo aquam manibus, puere; appone hic mensulam. Vide tali ubi sint. Vin unguenta? Quid opust? Cum stacta accubo. Sed estne hic meus sodalis, qui huc incedit cum amica sua? Is est: Callidamates cum amica incedit. Eugae! Oculus meus: conveniunt manuplares eccos: praedam participes petunt*

ACTUS II

348 ss.: *Iuppiter supremus summis opibus atque industriis me periisse et Philolachetem cupit erilem filium. Occidit Spes nostra, nusquam stabulum est Confidentiae, nec Salus nobis saluti iam esse, si cupiat, potest*

353 ss.: *erus advenit peregre, periit Tranio. Ecquis homo est, qui facere argenti cupiat aliquantum lucri, qui hodie sese excruciarum meam vicem possit pati? Ubi sunt isti plagipatidae, ferritribaces viri, vel isti qui hosti<ca>s trium nummum causa subeunt sub falas, ubi quinibus aut denis hastis corpus transfigi*

solent? Ego dabo ei talentum, primus qui in crucem excucurrerit; sed ea lege, ut offigantur bis pedes, bis bracchia; ubi id erit factum, a me argentum petito praesentarium

370: *Occidi, si tu vera memoras*

374: *Vigila: pater advenit peregre Philolachae*

384: *Cedo soleas mihi, ut arma capiam. Iam pol ego occidam patrem*

399: *Ita ille faxit Iuppiter!*

406 ss.: *In tuam custod<e>lam meque et meas spes trado, Tranio. Pluma haud interest patronus an cliens probior siet*

429 s.: *Concedam a foribus huc: hinc speculabor procul, unde advenienti sarcinam inponam seni*

436 ss.: *Apage, apage te a me nunciam post hunc diem! Quod crediturus tibi fui, omne credidi. Edepol, Neptune, peccavisti largiter, qui occasionem hanc amisisti tam bonam. Triennio post Aegypto advenio domum: credo exspectatus veniam familiaribus*

446 ss.: *Quis homo est, qui nostras aedes accessit prope? Meus servos hicquidem est Tranio. O Theopropides, ere, salve; salvom te advenisse gaudeo*

450: *Quid vos? insanin estis?*

453: *Pultando paene confregi hasce ambas <foris>*

456: *Quin pultando, inquam, paene confregi foris*

462 ss.: *Occidisti hercle... Quem mortalem? Omnis tuos. Di te deaeque omnes faxint cum istoc omine... Metuo te atque istos expiare ut possies*

475 s.: *Capitale scelus factum est. Quid est? non intellego. Scelus, inquam, factum est iam diu, antiquom et vetus*

478 ss.: *Quid istuc est scelus, aut quis id fecit? Cedo. Hospes necavit hospitem captum manu; iste, ut ego opinor, qui has tibi aedis vendidit. Necavit? Aurumque ei ademit hospiti, eumque hic defodit hospitem ibidem in aedibus*

490 ss.: *Ait venisse illum in somnis ad se mortuom. Nempe ergo in somnis? Ita. Sed ausculata modo. Ait illum hoc pacto sibi dixisse mortuom...*

500 ss.: *Per fidem deceptus sum: hospes me necavit, isque me defodit insepultum clam in hisce aedibus, scelestus, auri causa. Nunc tu hinc emigra: scelestae hae sunt aedes, impia est habitatio. Quae hic monstra fiunt, anno vix possum eloqui*

507 s.: *Hicin percussit! Guttam haud habeo sanguinis: vivom me accersunt Accheruntem mortui*

511: *Nimis quam formido ne manifesto hic me opprimat*

520: *Ita me di amabunt, mortuom illum credidi expostulare quia percussises fores*

530 s.: *Pro di immortales, opsecro vostram fidem, quid ego hodie negoti confeci mali!*

ACTUS III

532 ss.: *Scelestiorem ego annum argento faenori numquam ullum vidi, quam hic mihi annus optigit. A mani ad noctem usque in foro dego diem: locare argenti nemini nummum queo*

537 ss.: *danista adest qui dedit <argentum faenore>, qui amica est empta, quoque *** Manifesta res est, nisi quid occurro prius, ne hoc senex resciscat*

547: *Conveni illum unde hasce aedis emeram*

553 ss.: *Etiam fatetur de hospite? Immo pernegat. Negat ~~~ quom. Cogita: <Non confitetur?> Dicam, si confessus sit. Quid nunc faciendum censes? Egon quid censeam? Cape, opsecro hercle, cum eo una iudicem*

560 s.: *Sed Philolachetis servom eccum Tranium, qui mihi neque faenus neque sortem argenti danunt*

567: *Spes est de argento*

571: *<Certe> hic homo inanis est. Hic homo est certe hariolus*

576: *Quin mihi faenus red>ditur?*

580: *Reddetur ne igitur faenus? Reddet; nunc abi*

584 s.: *At volo; <prius da> faenus. <l, i>nqu<am, i mod>o. Quin vos mihi faenus date. Quid hic nugamini?*

589 ss.: *Meum peto. Multos me hoc pacto iam dies frustramini; molestus si sum, reddite argentum; abiero; responsiones omnes hoc verbo eripis. Sortem accipe. Immo faenus, id primum volo*

595: *Non dat, non debet. Non debet?*

596 ss.: *An metuis ne quo abeat foras urbe exulatum faenoris causa tui quoi sortem accipere iam licet? Quin non peto sortem: illuc primum, faenus, reddendum est mihi. Molestus ne sis: nemo dat; age quid lubet. Tu solus, credo, faenore argentum datas. Cedo faenus, redde faenus, faenus reddite! Daturin estis faenus actutum mihi? Datur faenus mihi? Faenus illic, faenus hic! Nescit quidem nisi faenus fabularier*

610 ss.: *Quod illuc est faenus, opsecro, quod illic petit? Pater eccum advenit peregre non multo prius illius; is tibi et faenus et sortem dabit, ne inconciliare quid nos porro postules*

618 ss.: *Quid illi debetur? Opsecro hercle, <tu> iube Obi<cere> argentum ob os inpurae beluae. lubeam...? luben homini argento os verberarier? Perfacile ego ictus perpetior argenteos. Audin? videtur, opsecro hercle, idoneus danista qui sit, genus quod inprobissimumst? Non ego istuc curo, qui sit, <quid sit>, unde sit: id volo mihi dici, id me scire expeto: quod illuc argentums est. Est...huic debet Philolaches paullum. Quantillum? Quasi.... quadraginta minas. Ne sane id multum censeas. Paullum id quidem est. Adeo etiam argenti faenus credit<um> audio. Quattuor quadraginta illi debentur minae: et sors et faenus. Tantumst; nilo plus peto. Velim quidem hercle ut uno nummo plus petas. Dic te daturum, ut abeat*

635 ss.: *Promitte, age inquam: ego iubeo. Responde mihi: quid eo est argento factum? Salvom est. Solvite vosmet igitur, si salvomst. Aedis filius tuus emit. Aedis? Aedis. Eugae! Philolaches patrisat; iam homo in mercatura vortitur*

643 ss.: *Bene hercle factum. Quid, eas quanti destinat? Talentis magnis totidem, quot ego et tu sumus. Sed arraboni has dedit quadraginta minas; hi<n>c sumpsit quas ei dedimus. Satin intellegis? Nam postquam haec aedes it<a> erant, ut dixi tibi, continuo est alias aedis mercatus sibi*

651 ss.: *Absolve, hunc quaeso, vomitu ne nos enecet. Adulescens, mecum rem habe. Nempe aps te petam? Petito cras. Abeo: sat habeo, si cras fero. Malum quod isti di deaeque omnes duint! Ita mea consilia perturbat paenissime. Nullum edepol hodie genus est hominum taetrius, nec minus bono cum iure, quam danisticum. Qua in regione istas aedis emit filius?*

661: *sed nomen domini quaero quid siet*

663 ss.: *Quid ego nunc agam, nisi ut in vicinum hunc proximum **, eas emisse aedis huius dicam filium? Calidum hercle esse audivi optimum mendacium: quidquid dei dicunt, id decretumst dicere*

668 ss.: *Di istum perduint... (immo istunc potius): de vicino hoc proximo tuos emit aedis filius. Bonan fide? Siquidem tu argentum reddituru's, tum bona: si redditurus non es, non emit bona*

679: *manifesto teneor*

684: *Di te deaeque omnes funditus perdant, senex!*

686 ss.: *Eugae! optume eccum aedium dominus foras Simo progreditur ipsus. Huc concessero, dum mihi senatum consili in cor convoco*

702 ss.: *Quom magis cogito cum meo animo, si quis dotatam uxorem atque <eam> anum habet, neminem sollicitat sopor*

708: *Atque pol nescio ut moribus sient vostrae*

717: *Di te ament plurimum, Simo*

724 s.: *morem geras: vita quam sit brevis simul cogita*

734: *Ita oppido occidimus omnes, Simo*

739 ss.: *Me miserum, occidi! Qui? Quia venit navis nostrae navi quae frangat ratem. Vellem ut tu velles, Tranio. S<e>d quid est negoti? Eloquar. Erus peregre venit*

745 ss.: *Per tua te g>enua obsecro, ne indicium ero facias meo. E me nequid metuas, nihil sciet. Patrone, salve. Nil moror mi istius modi clientes*

751 ss.: *Tam liquidust quam liquida esse tempestas solet. Nunc te hoc orare iussit opere maximo, ut sibi liceret inspicere hasce aedis tuas. Non sunt venales. Scio equidem istuc: sed senex gynaeceum aedificare volt hic in suis et balineas et ambulacrum et porticum. Quid ergo somniavit? Ego dicam tibi. Dare volt uxorem filio quantum potest*

768: *quasi flagitator astat usque ad ostium*

785: *Ero servos multimodis suo fidus*

796 ss.: *Sed ut maestus est se<se> hasce vendidisse! Quid tandem? Orat ut suadeam Philolacheti ut istas remittat sibi. Haud opinor. Sibi quisque ruri metit. Si male emptae forent, nobis istas redhibere haud liceret: lucri quicquid est, id domum trahere oportet. Misericordia s<tultum esse haud> hominem oportet*

805: *Salvom te advenisse peregre gaudeo, Theopropides. Dei te ament*

810: *Ah, cave tu illi obiectes nunc in aegritudine te has emisse*

812: *noli facere mentionem te emisse*

820 ss.: *Pol mihi eo pretio empti fuerant olim. Audin "fuerant" dicere? Vix videtur continere lacrimas. Quanti hosce emeras? Tris minas pro istis duobus praeter vecturam dedi*

844 s.: *Eho, istum, puere, circumduce hasce aedis et conclavia; nam egomet ductarem, nisi mi esset apud forum negotium*

853: *Eo ego hinc ad forum*

ACTUS IV

859 ss.: *Servi qui, quom culpa carent, tamen malum metuunt ii solent esse eris utibiles. Nam illi qui nil metuont, postquam sunt malum meriti, stulta sibi expetunt consilia: exercent sese ad cursuram, fugiunt, sed i si reprehensi sunt faciunt a malo peculio quod nequeunt ** augent ex pauxillo ** de parant.*

*Mihi in pectore consili<um> *** malam rem prius quam ut meum *** ut adhuc fuit mihi corium esse oportet, sincerum, atque uti votem verberari*

872 ss.: Nam ut servi volunt esse erum, ita solet: boni sunt, <bonust>; inprobi sunt, malus fit. Nam nunc domi nostrae tot pessimi vivont peculi sui prodigi, plagigeruli. Ubi advorsum ut eant voc<it>antur ero

880 ss.: Solus nunc eo advorsum ero ex plurimis servis. Hoc die crastini quom erus resciverit, mane castigabit eos bubulis exuviis. Postremo minoris pendo tergum illorum quam meum: illi erunt bucaedae multo potius quam ego sim restio

892 s.: Tace, sis, faber, qui cudere soles plumbeos nummos. Non potes tu cogere me ut tibi maledicam: novit erus me

899 s.: Faciam et pultabo foris. Heus, ecquis hic est, maxumam his qui iniuriam foribus defendat?

*904 ss.: Quid tibi visum est mercimoni? ** Totus gaudeo. Num nimio emptaet tibi videntur? Nusquam edepol ego me scio vidisse umquam abiectas aedis nisi modo hasce*

912 ss.: Di immortales, mercimoni lepidi! <Si> hercle nunc ferat sex talenta magna argenti pro istis praesentaria, numquam accipiam. Si hercle accipere cupies, ego numquam sinam. Bene res nostra conlocata est istoc mercimonio. Me suasore atque impulsore id factum audacter dicito, qui subegi faenore argentum ab danista ut sumeret, quod isti dedimus arraboni. Servavisti omnem ratem. Nempe octoginta debentur huic minae? Hau nummo amplius. Hodie accipiat. Ita enim vero,

ne qua causa subsiet. Vel mihi denumerato: ego illi porro denumeravero

924 s.: *Egone aps te ausim non cavere, ne quid committam tibi? Quid? tibi umquam quicquam, postquam tuos sum, verborum dedi?*

942 ss.: *Nisi forte factu's praefectus novos, qui res alienas pro-cures, quaeras, videas, audias. <Meae su>n<t ist>a<e> ae<des> ubi stas. Quid ais? an iam vendidit ae<dis P>hilolaches? aut quidem iste nos defrustratur senex*

946: *Erus hic noster potat. Erus hic voster potat?*

952: *Senex hic elleborosus est certe*

957 ss.: *Habitat profecto, nam heri et nudius tertius, quartus, quintus, sextus, usque postquam hinc peregre eius pater abiit, numquam hic triduum unum desitumst potarier. Quid ais? Triduum unum est haud intermissum hic esse et bibi, scorta duci, pergraecari, fidicinas, tibicinas ducere*

963 ss.: *Ei <mihi>, occidi, si haec hic vera memorat! - Pergam porro percontarier. Ain tu istic potare solitum Philolachem istum, quisquis est, cum ero vostro?*

971: *qui, postquam pater ad mercatum hinc abiit, hic tibicinam liberavit*

973 ss.: *Liberavit? Liberavit valide, triginta minis. Ain minis triginta amicam destinatam Philolachem... Aio. Atque eam*

manu emisisse? Aio. Et postquam ei hinc pater sit profectus peregre, perpotasse adsiduo ac simul tuo cum domino? Aio. Quid? is aedis emit has hinc proxumas? Non aio. Quadriginta etiam dedit huic quae essent pignori?

982 ss.: Nil hoc quidem est, triginta minae, prae quam alios dapsilis sumptus facit. Perdidit patrem. Unus istic servos est sacerrimus, Tranio

992 s.: Libertas paenulast tergo tuo; mihi, nisi ut erum metuam et curem, nihil est qui tergum tegam

997 ss.: Verum iam scibo, nam eccum unde aedis filius meus emit. - Quid agis tu? A foro incedo domum. Numquid processit ad forum hodie novi? Etiam. Quid tandem? Vidi efferri mortuom

1002: Unum vidi mortuom efferri foras

1010 ss.: Minas <qua>draginta accepisti, quod sciam, a Philolachete? Numquam nummum, quod sciam. Quid, a Tranione servo? Multo id minus. Quas arraboni tibi dedit? Quid somnias? Egone? At quidem tu, qui istoc speras te modo potesse dissimulando infectum hoc reddere. Quid autem? Quod me apse hinc tecum filius negoti gessit. Mecum ut ille hic gesserit, dum tu hinc abes, negoti? quidnam aut quo die? Minas tibi octoginta argenti debeo. Non mihi quidem hercle. Verum, si debes, cedo: fides servanda est; ne ire infitias postules. Profecto non negabo debere, et dabo; tu cave quadraginta accepisse hinc te neges

*1026c: Ego dicam tibi: tantu<m> **** <d>ebeat de te aedis. I<tane? de me> ille aedis emerit?*

1027a: *Te velle uxorem aiebat tuo nato dare, ideo aedificare hic velle aiebat in tuis. Hic aedificare volui?*

1038: *Servorumque operam et lora mihi cedo*

ACTUS V

1043 ss.: *Nam erus me postquam rus misit, filium ut suom arcesserem, abii illa per angiportum ad hortum nostrum clanculum. Ostium quod in angiportu est horti, patefeci foris, eaque eduxi omnem legionem, et maris et feminas. Postquam ex opsidione in tutum eduxi manipularis meos, capio consilium, ut senatum congerronum convocem. Quoniam convocavi, atque illi me ex senatu segregant*

1060: *praeoccupabo atque anteveniam et foedus feriam*

1079 s.: *Qui<a> negat novisse vos...Negat? Nec vos sibi nummum unquam argenti dedisse*

1083 ss.: *Immo edepol negat profecto, neque se hasce aedis Philolachi vendidisse. Eho, an negavit sibi datum argentum, opsecro? Qui<n> ius iurandum pollicitus est dare se, si vellem, mihi neque se hasce aedis vendidisse, neque sibi argentum [datum [est]*

1087: *Servos pollicitust dare suos mihi omnes quaestioni*

1089: *Quin et illum in ius si veniam...*

1090 ss.: *Mihi hominem cedo: vel hominem iube aedis mancipio poscere. Immo hoc primum volo, quaestioni accipere*

servos. Faciendum edepol censeo. Quid si igitur ego accersam homines? Factum iam esse oportuit. Ego interim hanc aram occupabo

1095 ss.: *ne enim illi huc confugere possint, quaestioni quos dabit. Hic ego tibi praesidebo, ne interbitat quaestio. Surge. Minume. Ne occupassis, opsecro, aram*

1099 ss.: *Sine: tanto apud iudicem hunc argenti condemnabo facilius. Quod agas, id agas: quid tu porro serere vis negotium? Nescis quam metuculosa res sit ire ad iudicem?*

1104: *tum consilia firmiora sunt de divinis locis*

1114 s.: *<Malum di> destinant tibi: iam iubebo ignem et sarmenta, carnufex, circumdari. Ne faxis*

1123 ss.: *Philolaches venisse <dixit> mihi suom peregre huc patrem, quoque modo hominem ad<venientem> servos ludificatus sit*

1130 ss.: *Callidamates, dei te ament: de cena facio gratiam. Quin venis? Promitte; ego ibi pro te, si tibi non libet. Verbero, etiam inrides? Quian me pro te ire ad cenam autumo? Non enim ibis; ego ferare faxo, ut meruisti, in crucem*

1135: *Sed tu istuc quid confugisti in aram?*

1138 ss.: *nunc utrisque disceptator eccum adest; age, disputa. Filium corrupisse aio te meum. Ausculta modo. Fateor peccavisse, amicam liberasse apsentem te, faenori argentum sumpsisse; id esse absumptum praedico*

1143 s.: *Sine me dum istuc iudicare. Surge, ego isti adsedero. Maxume: accipito hanc [tute] ad te litem*

1150: *Si amicus Diphilo aut Philemoni es dicito is quo pacto tuos te servos ludificaverit*

1160 s.: *Faenus, sortem sumptumque omnem, qui amica <empta> est, omnia nos dabimus, nos conferemus, nostro sumptu, non tuo*

1165 ss.: *si hoc pudet, fecisse sumptum, supplici habeo satis. Disputet. <Post> istam veniam quid me fiet nunciam? Verberibus, lutum, caedere pendens*

1169: *Fac istam cunctam gratiam: Tranioni mitte, quaeso, hanc noxiam causa mea*

1174: *ego illum, ut sit quietus, verberibus subegero*

1177 ss.: *hanc modo unam noxiam, unam, quaeso, fac causa mea. Quid gravaris? quasi non cras iam commeream aliam noxiam? Ibi utrumque, et hoc et illud, poteris ulcisci probe*

Persa

Argumentum

1 ss.: *Profecto domino suos amores Toxilus emit atque curat leno ut emittat manu; raptamque vi emere de praedone virginem*

ACTUS I

5: *ita fio miser quaerendo argento mutuo*

7: *Qui ero suo servire volt bene servus servitatem*

11 s.: *sed quasi lippo oculo me eru' meus manum apstinere hau quit tamen, quin mihi imperet, quin me suis negotiis praeulciat*

16: *O Sagaristio, di ament te! O Toxile, dabunt di quae exoptes!*

22 s.: *Plusculum annum fui praeferratus apud molas tribunus vapularis. Vetu'iam istaec militiast tua*

24 ss.: *Saucius factus sum in Veneris proelio; sagitta Cupido cor meum transfixit. Iam servi hic amant? Quid ego faciam? disne advorser quasi Titani? Cum eis belligerem quibu' sat esse non queam?*

29: *Quia erus peregri est. Ain tu, peregri est?*

34 s.: *Haec d*e*s summa hodie est, mea amica sitne libera an sempiternam servitatem serviat*

36 s.: *Ut mihi des nummos sescentos, quos pro capite illius pendam; quos continuo tibi reponam in hoc triduo aut quadriduo*

40: *quin si egomet totus veneam, vix recipi potis est quod tu me rogas*

43: *Alicunde exora mutuom*

45: *Si id domi esset mihi, iam pollicerer*

48: *Ah, odio me enicas*

53 ss.: *Veterem atque antiquom quaestum maio<rum meum> servo atque optineo et magna cum cura colo. Nam numquam quisquam meorum maiorum fuit, quin parasitando paverint ventris suos. Pater, avos, proavos, abavos, atavos, tritavos quasi mures semper edere alienum cibum*

62 ss.: *Neque quadrupulari me volo; neque enim decet sine meo periculo ire aliena ereptum bona, neque illi qui faciunt mihi placent. Planen loquor? Nam publicae rei causa quicumque id facit magi' quam sui quaesti, animus induci potest eum esse civem et fidelem et bonum. Sed si legirupam qui damnet, det in publicum dimidium; atque etiam in ea lege adscribier: ubi quadrupulator quempiam iniexit manum, tantidem ille illi rusus inicit manum, ut aequa parti prodeant ad trisviros. Si id fiat, ne isti faxim nusquam appareant qui hic albo rete aliena oppugnant bona. Sed sumne ego stultus, qui rem curo publicam, ubi sint magistratus quos curare oporteat?*

81: *Omnem rem inveni, ut sua sibi pecunia hodie illam faciat leno libertam suam*

97: *quasi iuream esse ius decet collyricum*

106: *Pernam quidem ius est adponi frigidam postridie*

113 ss.: *Dum mane est, omnis esse mortalis decet. Nimi' paene manest. Mane quod tu occeperis negotium agere, id totum procedit diem. Quaeso animum advorte hoc. Iam heri narravi tibi tecumque oravi, ut nummos sescentos mihi dares utendos mutuos*

126 s.: *qui familiarem suam vitam oblectet modo. Iam nolo argentum; filiam utendam tuam mihi da*

133 ss.: *Hoc tu mihi reperire argentum potes. Cupio hercle. Tum tu me sine illam vendere. Tum illam vendas? Immo alium adlegavero qui vendat; qui esse se peregrinum praedicet*

142 s.: *atque nisi gnatam tecum huc iam quantum potest adducis, exigam hercle ego te ex hac decuria*

150: *ubi se natam praedicet, qui sibi parentes fuerint, und' surrupta sit*

157 s.: *...quasi sit peregrinus. Laudo. Et tu gnatam tuam ornatam adduce lepide in peregrinum modum*

160 ss.: *Dare debet; praebenda aediles locaverunt. Iam faxo hic aderunt. Sed ego nil horunc scio. Nil hercle vero. Nam ubi ego argentum accepero continuo tu illam a lenon<e> adserito manu. Sibi habeat, si non extemplo ab eo obduxero*

ACTUS II

170 ss.: *Quamquam ego vinum bibo, at mandata non consuevi simul bibere una. Mequidem iam sati' tibi spectatam censebam esse et meos mores*

184: *Ain vero, verbereum caput? Aio enim vero*

187 s.: *Da hercle pignus, ni omnia memini et scio, et quidem si scis tute quot hodie habeas digitos in manu. Egon dem pignus tecum?*

192 ss.: *Scelu' tu pueri es, atque ob istanc rem ego aliqui te peculiabo. Scio fide hercle erili ut soleat inpudicitia opprobri, nec subigi queantur umquam ut pro ea fide habeant iudicem. Abi modo. Ego laudabis faxo. Sed has tabellas, Paegnium, ipsi Lemniseleni fac des, et quae iussi nuntiato*

201: *Sophoclidisca haec peculiarist eius quo ego sum missus*

205: *Sophoclidisca, di me amabunt!*

213: *Tuo ex ingenio mores alieno probas. Fateor e[r]go profecto me esse ut decet lenonis familiae*

231: *At confidentia illa militia militatur multo magis quam pondere*

243 ss.: *fide data credamus. Novi; omnes sunt lenae levifidae. Neque tippulae levius pondust quam fides lenonia*

248 s.: *Toxilo has fero tabellas tuo ero. Abi; ec<c>illum domi. At ego hanc ad Lemniselenem tuam eram opsignatam abietem*

253 ss.: *lovi opulento, incluto, Ope gnato, supremo, valido, viripotenti, opes, spes bonas, copias commodanti **** lubens vitulorque merito, quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam danunt, argenti mutui ut e<i> egenti opem adferam*

259 ss.: *Nam eru' meu' me Eretriam misit domitos boves ut sibi mercarer; dedit argentum, nam ibi mercatum dixit esse die septumi. Stultus, qui hoc mihi daret argentum cuius ingenium noverat. Nam hoc argentum alibi abutar: "boves quos emerem non erant"*

265: *Nunc amico homini boves domitos mea ex crumina largiar*

269: *verberibus caedi iusserit, compedes inpingi? vapulet*

280: *Servam operam, linguam liberam eru' iussit me<d> habere*

286: *nam ego me confido liberum fore; tu te numquam speras*

289: *Vadatur hic me. Utinam vades desint, in carcere ut sis!*

293: *Di deaequae me omnes perdant....*

296 s.: *Qui te di deaeque.... scis quid hinc porro dicturus fuerim ni linguae moderari queam*

299: *Ut istunc di deaeque perdant! Tamquam proserpens bestias bilinguis et scelestus*

314 s.: *Secari iubeas. Metuo ne inmaturam secem, ne exhibeat plus negoti. Inspicere morbum tuom lubet*

317: *Qui boves bini hic sunt in crumena. Emitte sodes, ne enices fame; sine ire pastum*

322: *Dominus me boves mercatum Eretriam misit*

325 ss.: *Nam iam omnis sycophantias instruxi et comparavi, quo pacto ab lenone auferam hoc argentum... Tanto melior. Et mulier ut sit libera atque ipse ultro det argentum*

ACTUS III

332 ss.: *sequere hac, mea gnata, me cum dis volentibus. Quoi rei opera detur scis, tenes, intellegis; communicavi tecum consilia omnia. Ea causa ad hoc exemplum te exornavi ego: venibis tu hodie, virgo*

338 ss.: *tuin ventris causa filiam vendas tuam? Mirum quin regis Philippi causa aut Attali te potius vendam quam mea, quae sis mea. Utrum pro ancilla me habes an pro filia?*

344: *Tua istaec potestas est, pater*

347 ss.: *Nam ad paupertatem si admigrant infamiae, gravior paupertas fit, fides sublestior*

355 s.: *Pater, hominum immortalis est infamia; etiam tum vivit, cum esse credas mortuam*

365 ss.: *Virgo atque mulier nulla erit quin sit mala, quae praeter sapiet quam placet parentibus. Virgo atque mulier nulla erit quin sit mala, quae reticet, si quid fieri pervorse videt*

380 ss.: *Et ut vi surrupta fueris? Docte calleo. Et qui parentes fuerint? Habeo in memoria. Necessitate me mala ut fiam facis. Verum videto, me ubi voles nuptum dare, ne haec fama faciat repudiosas nuptias. Tace, stulta. Non tu nunc hominum mores*

vides? Quoiuu' modi hic cum mala fama facile nubitur. Dum dos sit, nullum vitium vitio vortitur

390 s.: *Pol deum virtute dicam et maiorum meum, ne te indotatam dicas, quoi dos sit domi*

394 ss.: *dabuntur dotis tibi inde sescenti logi, atque Attici omnes; nullum Siculum acceperis. Cum hac dote poteris vel mendico nubere*

400 ss.: *Quidnam esse acturum hunc dicam vicinum meum, qui mihi iuratus sese hodie argentum dare? Quod si non dederit atque hic dies praeterierit, ego argentum, ille ius iurandum amiserit*

408 ss.: *inpure, inhoneste, iniure, inlex, labes populi, pecuniae accipiter avide atque invide, procax, rapax, trahax – trecentis versibus tuas impuritas transloqui nemo potest - accipin argentum? accipe sis argentum, inpudens. Tene sis argentum; etiam tu argentum tenes? Possum te facere ut argentum accipias, lutum? Non mihi censebas copiam argenti fore, qui nisi iurato mihi nihil ausu's credere?*

422: *cedo sis mi argentum, da mihi argentum, inpudens*

425 ss.: *Leno te argentum poscit, solida servitus, pro liberanda amica, ut omnes audiant. Tace, obsecro, hercle! Ne tua vox valide valet. Referundae ego habeo linguam natam gratiae*

438 s.: *Nummi sescenti hic erunt probi, numerati. Fac sit mulier libera, atque huc continuo adduce. Iam faxo hic erit*

433 ss.: *Mirum quin tibi ego crederem, ut idem mihi faceres quod partim faciunt argentarii*

438 ss.: *Nummi sescenti hic erunt probi, numerati. Fac sit mulier libera, atque huc continuo adduce. Iam faxo hic erit*

442 ss.: *Mirum quin citius iam a foro argentarii abeunt quam in cursu rotula circumvortitur. Abi istac travorsis angiportis ad forum; eadem istaec facito mulier ad me transeat per hortum. Iam hic faxo aderit*

ACTUS IV

459 s.: *exi atque educe virginem, et istas tabellas quas consignavi tibi, quas tu attulisti mi ab ero meo usque e Persia*

470 ss.: *Quoi homini di propitii sunt, aliquid obiciunt lucri: nam ego hodie compendi feci binos panis in dies. Ita ancilla mea quae fuit hodie sua nunc est; argento vicit. Iam hodie alienum cenabit, nihil gustabit de meo. Sumne probus, sum lepidus civis, qui Atticam hodie civitatem maxumam maiorem feci atque auxi civi femina?*

477: *nec metuo, quibu' credidi hodie, nequis mihi in iure abiurassit*

483 s.: *Di dent quae velis. Eho, an iam manu emisisti mulierem? Credo edepol; credo, inquam, tibi. Iam liberta auctu's?*

485 ss.: *Dic bona fide: iam libera est? I ad forum, e praetore exquire, siquidem credere mihi non vis. Libera, inquam, est. Ecquid audis? At tibi di bene faciant omnes!*

490: *Abi, ne iura; satis credo*

493: *Ita me di ament, ut ob istanc rem tibi multa bona instant a me*

496 s.: *Tuum promeritumst merito ut faciam; et ut me scias esse ita facturum, tabellas tene has, pellege*

503: *Salutem dicit Toxilo Timarchides et familiae omni*

508 ss.: *ea conportatur praeda, ut fiat auctio publicitus; ea res me domo expertem facit. Operam atque hospitium ego isti praehiberi volo qui tibi tabellas adfert*

518 ss.: *Sed ut occepisti, ex tabellis nosce rem. Bene me mones; fac silentium. Nunc ad illud venies quod refert tua. Ist' qui tabellas adfert adduxit simul forma expetenda liberalem virginem, furtivam, abductam ex Arabia penitissima. Eam te volo curare ut istic veneat, ac suo periclo is emat qui eam mercabitur; mancipio neque promittet neque quisquam dabit. Probum et numeratum argentum ut accipiat face. Haec cura, et hospes cura ut curetur*

530 ss.: *arcessivit illam a navi. Nil mi opust litibus neque tricis. Quam ob rem ego argentum enumerem foras? Nisi mancipio accipio, quid eo mi opus est mercimonio?*

543 ss.: *Sed optume eccum ipse advenit hospes ille qui has tabellas attulit. Hic inest? Hic est. Haecine illast furtiva virgo?*

550: *Urbis speciem vidi, hominum mores perspexi parum*

555 ss.: *perfidia et peculatus ex urbe et avaritia si exulant, quarta invidia, quinta ambitio, sexta obrectatio, septimum periurium ... Eugae! Octava indiligentia, nona iniuria, decimum, quod pessimum adgressust, scelus*

562 ss.: *Tu in illis es decem sodalibus; te in exilium hinc ire oportet. Quid iam? Quia periurus es*

565 ss.: *Si hanc emeris, di immortales, nullus leno te alter erit opulentior. Evortes tuo arbitrato homines fundis, familiis*

569: *At enim illi noctu occentabunt ostium, exurent foris*

573 s.: *Ne sis ferro parseris; ferreas tute tibi inpingi iubeas crassas conpedis. I in malum cruciatum*

579 ss.: *Siquidem hanc vendidero pretio suo. Atqui aut hoc emptore vendes pulchre, aut alio non potis. Esne tu huic amicus? Tam quam di omnes qui caelum colunt. Tum tu mihi es inimicus certus. Nam generi lenonio numquam ullus deu' tam benignus fuit qui fuerit propitius. Hoc age: opusnest hac tibi empta?*

586: *Indica, fac pretium. Tua mers est; tua indicatiost. Aequom hic orat*

589: *Priu' dico: hanc mancupio nemo tibi dabit; iam scis? Scio*

602: *etsi mihi dixit dare potestatem eius*

618 ss.: *Ita pol spero, si parentes facient officium suom. Nolo ego te mirari, si nos ex te percontabimur aut patriam tuam aut parentes*

627 ss.: *Si te emam, mihi quoque Lucridem confido fore te. Tu si hanc emeris, numquam hercle hunc mensem vortentem, credo, servibit tibi*

644: *Captusne est pater? Non captus*

652 ss.: *Ita di faxint! Eme modo. Iam hoc tibi dico: actutum ecastor meu' pater ubi me sciet venisse huc, ipse aderit et me aps te redimet*

656 s.: *Nam etsi res sunt fractae, amici sunt tamen. Ne sis plora; libera eris actutum, si crebro cades*

665 ss.: *Tuo periculo sexaginta haec datur argenti minis. Toxile, quid ago? Di deaque te agitant irati, scelus, qui hanc non properes destinare. Habeto. Abi, argentum efer huc. Non edepol minis trecentis carast; fecisti lucri **** <habeto> Eu, praedatu's probe*

682: *praeda progreditur foras*

684: *Quid ei nummi sciunt?*

689: *Lucro faciundo ego auspicavi in hunc diem*

695 s.: *Geminum autem fratrem servire audivi hic meum; eum ego ut requiram atque ut redimam, volo*

713 ss.: *Nam non emisti hanc, verum fecisti lucri. Ille quidem iam scit quid negoti gesserit, qui mihi furtivam meo periculo vendidit. Argentum accepit, abiit. Qui ego nunc scio an iam adseratur haec manu? quo illum sequar?*

723 ss.: *Pater nunc cessat. Quid si admoneam? Tempus est. Heus, Saturio, exi. Nunc est illa occasio inimicum ulcisci*

741 ss.: *Pater hic meus est. Hem, quid? pater? perii oppido. Quid ego igitur cesso infelix lamentarier minas sexaginta?*

745 ss.: *Age ambula in ius, leno. Quid me in ius vocas? Illi apud praetorem dicam, sed ego in ius voco. Nonne antestaris? Tuan ego causa, carnufex, cuiquam mortali libero auris atteram, qui hoc commercaris civis homines liberos?*

751 ss.: *ambula. Sequere hac, scelestas feles virginaria. Sequere hac, mea gnata, me usque ad praetorem. Sequor.*

ACTUS V

753 ss.: *Hostibu' victis, civibu' salvis, re placida, pacibu' perfectis, bello extincto, re bene gesta, integro exercitu et praesidiis, cum bene nos, Iuppiter, iuvisti dique alii omnes caelipotentes, eas vobis gratis habeo atque ago, qua probe sum ultus meum inimicum. Nunc ob eam rem inter participes dividam praedam et participabo*

759a: *Hic statui volo primum aquilam*

773 s.: *Optatus hic mihi dies datus hodiernus ab dis, quia te licet liberam me amplecti*

784 s.: *male di omnes perdant! ita miser<o> Toxilus haec mihi concivit. Quia ei fidem non habui argenti, eo mihi eas machina molitust*

796: *quo modo de Persa manus mi aditast?*

779 s.: *Stutitiast, quoi bene esse licet eum praevorti litibu'.
Posterius istae te magi' par agerest. Uritur cor mihi*

815: *Restim tu tibi cape crassam ac te suspende*

832: *Di deaeque et te et geminum fratrem excrucient!*

834: *Credo eo, quia non inconciliat, quom te emo*

838 ss.: *Sed ita pars libertinorum est: nisi patrono qui
advorsatust nec sati' liber sibi videtur, nec sati' frugi, nec sat
honestus, ni id ecfecit, ni ei male dixit, ni grato ingratus repertust*

842: *Ego sum tibi patronus plane, qui huic pro te argentum
dedi*

845: *Hicin Dordalus est leno, qui hic liberas virgines mercatur?*

849: *Patrone m<i, i> intro, amabo, ad cenam*

855: *Et post dabis sub furcis. Abi [intro] in crucem. An me[d]
hic parum exercitum hisce habent?*

Poenulus

Argumentum

2: *Osor mulierum emptum adoptat hunc senex et facit heredem*

6: *Ita eum furto alligat*

Prologus

15 ss.: *Age nunc reside, duplicem ut mercedem feras. Bonum factum esse, edicta ut servetis mea. Scortum exoletum nequis in proscaenio sedeat, neu lictor verbum aut virgae muttiant*

23 s.: *Servi ne obsideant, liberis ut si locus, vel aes pro capite dent*

36 s.: *Quodque ad ludorum curatores attinet, ne palma detur quoiquam artifici iniuria*

48: *Eius nunc regiones, limites, confinia determinabo: ei rei ego sum factus finitor*

58: *vos iuratores estis*

63: *quia mihi pollinctor dixit qui eum pollinxerat*

68 ss.: *Quoniam periisse sibi videt gnatum unicum, conicitur ipse in morbum ex aegritudine, facit illum heredem fratrem patruelem suom*

72 ss.: *Ille qui surrupuit puerum, Calydonem avehit: vendit eum domino hic diviti quoidam seni, cupienti liberorum, osori mulierum. Emit hospitem is filium imprudens senex puerum illum eumque adoptat sibi pro filio eumque heredem fecit, quom ipse obiit diem*

86 ss.: *Cum nutrice una periere a Magaribus. Eas qui surrupuit, in Anactorium devehit: vendit eas omnis, et nutricem et virgines,*

*praesenti argento homini, si lenost homo, quantum hominum
terra sustinet sacerrumo*

102 s.: *Illam minorem in concubinatum sibi volt emere miles
quidam qui illam deperit*

108 s.: *dat aurum, ducit noctem, rogitat postibi, unde sit,
quoiatis captane an surrupta sit, quo genere gnata, qui parentes
fuerint*

119 s.: *Ille qui adoptavit hunc pro filio sibi is illi Poeno, huius
patri, hospes fuit*

ACTUS I

133 s.: *Quibus pro benefactis fateor deberi tibi et libertatem et
multas grates gratias*

142 s.: *sine te verberem, item ut tu mihi fecisti ob nullam noxiam*

146 ss.: *suspende, vinci, verbera: auctor sum, sino. Si
auctoritatem postea defugeris, ubi dissolutus tu sies, ego
pendeam*

162 ss.: *Em eundem me dato: utrumque faxo habebit: et
nequam et malum. locare. Vin tu illam hodie sine [damno et]
dispendio tuo tuam libertam facere?*

165 ss.: *Sunt tibi intus aurei trecenti nummi Philippi? Sescenti
quoque. Satis sunt trecenti. Quid iis facturu's? Tace: totum
lenonem tibi cum tota familia dabo hodie dono*

174 ss.: *At ego iam faxo scies. Ei dabitur aurum, ut ad lenonem deferat dicatque se peregrinum esse ex alio oppido*

178: *ubi nequam faciat clam, nequis sit arbiter*

183 ss.: *Quid tu dubitas quin extempulo dupli tibi, auri et hominis, fur leno siet? Neque id unde efficiat, habet. Ubi in ius venerit, addicet praetor familiam totam tibi*

198 s.: *Inest amoris macula huic homini in pectore, sine damno magno quae elui ne utiquam potest*

204: *Haec est prior, quae meum erum dementem facit*

209 ss.: *O multa tibi di dent bona, quom hoc mihi optulisti tam lepidum spectaculum. Negoti sibi qui volet vim parare, navem et mulierem haec duo comparato*

254: *quae ad deum pacem oportet adesse?*

258 ss.: *Iam num me decet donari caldo vini veteris: dic dari. Nil respondes? Lingua huic excidit, ut ego opinor*

264 s.: *Quia erus nos apud aedem Veneris mantat. Maneat pol. Mane: turbast nunc apud aram*

268 ss.: *quae tibi olant stabulum statumque, sellam et sessibulum merum, quas adeo hau quisquam umquam liber tetigit neque duxit domum, servolorum sordidulorum scorta diobolaria?*

273 ss.: *Monstrum mulieris: tantilla tanta verba fundidat, quous ego nebulai cyatho septem noctes non emam. Di immortales omnipotentes, quid est apud vos pulcrius?*

283: *Deos quoque edepol et amo et metuo, quibus tamen abstineo manus*

285: *nam pro erili et nostro quaestu satis bene ornatae sumus*

289: *Ita me di ament, ut illa me amet malim quam di, Milphio*

304 ss.: *Meretricem pudorem gerere magi' decet quam purpuram. Magi'que meretricem pudorem quam aurum gerere condecet. Pulchrum ornatum turpes mores peius caeno conlinunt: lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant*

318 ss.: *Quia non iam dudum ante lucem ad aedem Veneris venimus, primae ut inferremus ignem in aram. Aha, non factost opus. Quae habent nocturna ora, noctu sacrificatum ire occupant. Prius quam Venus expergiscatur, prius deproperant sedulo sacrificare: nam vigilante Venere si veniant eae, ita sunt turpes, credo ecastor Venerem ipsam e fano fugent*

327 ss.: *Damnum, quod Mercurius mimime amat. Namque edepol lucrum amare nullum amatorem addecet*

334: *vel ego pro illa spondeo*

339 ss.: *Quia apud aedem Veneris hodiest mercatus meretricius: eo conveniunt mercatores, ibi ego me ostendi volo. Invendibili merci oportet ultro emptorem adducere: proba mers facile emptorem reperit, tametsi in abstruso sitast*

359 ss.: *Non aequos in me es; sed morare et male facis. Bene promittis multa ex multis: omnia incassum cadunt. Liberare iuravisti me haud semel, sed centies*

369 ss.: *nisi ego illum iubeo quadrigis cursim ad carnificem rapi. Noli, amabo, suscensere ero meo causa mea. Ego faxo, si non irata's, nimium pro te dabit atque te faciet ut sis civis Attica atque libera*

379: *novi ego huius mores morosi malos*

384: *Impias, ere, te: oratorem verberas. Iam istoc magis: etiam ocellum addam et labellum et linguam*

396: *capias restim ac te suspendas cum ero et vostra familia*

400: *Amabo, men prohibere postulas ne te verberet magis quam ne mendax me advorsum siet?*

402: *Etiam tibi hanc amittam noxiam unam*

405: *Mox dabo, quom ab re divina rediero*

407: *Veneri dicito multam meis verbis salutem*

409: *Paucis verbis rem divinam facito*

410 s.: *Quid nunc mihi's auctor, Milphio? Ut me verberes atque auctionem facias. Nam impunissime tibi quidem hercle vendere hasce aedis licet*

424: *I, adduce testis tecum: ego intus interim iam et ornamentis meis et sycophantiis tuom exornabo vilicum*

429: *Emittam manu*

439 s.: *Ita me di amabunt – vin bona dicam fide quod hic inter nos liceat – ita me Iuppiter – scin quam videtur?*

445 s.: *Nunc mihi cautios ne meamet culpa meo amori obiexim moram. Ibo atque arcessam testis, quando amor iubet me oboedientem esse servo liberum*

ACTUS II

449 ss.: *Di illum infelicit omnes qui post hunc diem leno ullam Veneri umquam immolarit hostiam, quive ullum turis granum sacrificaverit. Nam ego hodie infelix dis meis iratissimis sex immolavi agnos nec potui tamen propitiam Venerem facere uti esset mihi. Quoniam litare nequeo, abii illum ilico iratus: votui exta proscarier. Neque ea picere volui: quoniam non bona haruspex dixit, deam esse indignam credidi*

460 ss.: *Ego faxo posthac di deaeque ceteri contentiores mage erunt atque avidi minus, quom scibunt Veneri ut adierit leno manum. Condigne haruspex, non homo trioboli, omnibus in extis aibat portendi mihi malum damnumque et deos esse iratos mihi. Quid ei divini aut humani aequomst credere? Mina mihi argenti dono postilla datast*

471 ss.: *de illac pugna Ptenanthropica, quom sexaginta milia hominum uno die volaticorum manibus occidi meis*

478 s.: *viscum legioni dedi fundasque: eo praesternebant folia farferi. Quoi rei? Ne ad fundas viscus adhaeresceret. Perge: optume hercle periuras*

486 ss.: *Ut quisque acciderat, eum necabam ilico per cerebrum pinna sua sibi quasi turturem. Si hercle istuc umquam factumst, tum me Iuppiter faciat ut semper sacrificem nec umquam litem*

492: *Dum exta referuntur, volo narrare tibi etiam unam pugnam*

497 ss.: *Tum tu igitur die bono, Aphrodisiis, addice tuam mihi meretricem minusculam. Ita res divina mihi fuit*

ACTUS III

504 ss.: *Ita me di ament, tardo amico nil est quicquam nequius, praesertim homini amanti qui quicquid agit properat omnia. Sicut ego hos duco advocatos, homines spissigradissimos*

514 ss.: *nisi cum pedicis condidicistis istoc grassari gradu. Heus tu! quamquam nos videmur tibi plebeii et pauperes, si nec recte dicis nobis dives de summo loco, divitem audacter solemus mactare infortunio. Nec tibi nos obnoxii [sumus] istuc, quid tu ames aut oderis. Quom argentum pro capite dedimus, nostrum dedimus, non tuom. Liberos nos esse oportet: nos te nili pendimus: ne tuo nos amori servos [tuos] esse addictos censeas*

524 ss.: *Praesertim in re populi placida atque interfectis hostibus non decet tumultuari. Sed si properabas magis, pridie nos te advocatos huc duxisse oportuit*

529: *neque nos populus pro cerritis insectabit lapidibus*

531 ss.: *Nunc vos quia mihi advocatos dixi et testis ducere, podagrosi estis ac vicistis cocleam tarditudine. An vero non iusta causast quo<r> curratur celeriter*

540: *Tua causa nemo nostrorumst suos rupturus ramites*

546: *si properas, cursores meliust te advocatos ducere*

557 ss.: *non meminisse nos ratu's, quo modo trecentos Philippos Collybisco vilico dederis, quos deferret huc ad lenonem inimicum tuom, isq' se ut adsimularet peregrinum esse aliunde ex alio oppido, ubi is detulerit, tu eo quaesitum servom adventes tuom cum pecunia*

564 s.: *Id duplicabit omne furtum: leno addicetur tibi. Ad eam rem nos esse <t>estis vis tibi*

567 s.: *Hoc cito et cursim est agendum. Propera iam quantum potest. Bene vale igitur. Te advocatos melius<t> celeris ducere*

571 ss.: *At edepol nos tibi in lumbos linguam atque oculos in solum. Heia, hau vostrumst iracundos esse quod dixi ioco. Nec tuom quidemst amicis per iocum iniuste loqui. Mittite istaec. Quid velim vos, scitis. Callemus probe: lenonem ut periurum perdas, id studes*

582 ss.: *Adsunt testes. Tot quidem non potuisti adducere homines magis ad hanc rem idoneos: nam istorum nullus nefastust, comitiales sunt meri: ibi habitant, ibi eos conspicias quam*

praetorem saepius: hodie iuris doctiores non sunt qui lites creant, quam hi sunt qui, si nil est quicum litigent, lites emunt. Di ti perdant

594 s.: Hic trecentos nummos numeratos habet. Ergo nos inspicere oportet istuc aurum, Agorastocles, ut sciamus quid dicamus mox pro testimonio

598: macerato hoc pingues fiunt auro in barbaria boves

600: Sed ita adsimulatote, quasi ego sim peregrinus

611: Di te perduint

617: Interibi attulerint exta, atque eadem mulieres iam ad re divina, credo apparebunt domi

641 s.: Boni de nostro tibi nec ferimus nec damus neque pollicemur neque adeo volumus datum

647: Cum praeda hic hodie incedet venator domum

656 ss.: Ait se peregrinum esse, huius ignarum oppidi: locum sibi velle liberum praeberier, ubi nequam faciat. Nos hominem ad te adduximus: tu, si te di amant, agere tuam rem occasiost

661: Praeda haec meast

663 ss.: At enim hic clam furtim esse volt, nequis sciat neve arbiter sit. Nam hic latro in Sparta fuit, utquidem ipse nobis dixit, apud regem Attalum

666 ss.: *Nimis lepide de latrone, de Sparta optume. Di deaeque vobis multa bona dent, quom mihi et bene praecipitis et bonam praedam datis*

670 s.: *trecentos nummos Philippos portat praesidi. Rex sum, si ego illum hodie ad me hominem adlexero*

674 ss.: *Neque nos hortari neque dehortari decet hominem peregrinum: tuam rem tu ages, si sapis. Nos tibi palumbem ad aream usque adduximus*

683: *It ad me lucrum*

685 s.: *Hospes hospitem salutat: salvom te advenire gaudeo. Multa tibi dei dent bona, quom me salvom esse vis*

692 s.: *Quia, <a> muscis si mihi hospitium quaererem, adveniens irem in carcerem recta via. Ego id quaero hospitium*

704: *Sed haec latrocinantur quae ego dixi omnia*

707 ss.: *Quid, si evocemus huc foras Agorastoclem, ut ipse testis sit sibi certissimus? Heus tu, qui furem captas, egredere ocius, ut tute inspectes aurum lenoni dari. Quid est? quid voltis, testes?*

716: *Edepol fecisti prodigum promum tibi*

720 s.: *Abduc intro: addictum tenes. Quid nunc mihi auctores estis?*

724 ss.: *Eum vos meum esse servom scitis? Sci<vi>mus. Rem advorsus populi saepe leges? Scivimus. Em istaec volo ergo vos commeminisse omnia mox ad praetorem quom usus veniet*

736: *Extemplo denegabit. Iuratus quidem. Homo furti sese adstringet...*

739: *Diespiter vos perduit*

746 ss.: *Suspendant omnes nunciam se haruspices, quam ego illis posthac quod loquantur creduam: qui in re divina dudum dicebant mihi malum damnumque maximum portendier: is explicavi meam rem postilla lucro. Salvos sis, leno. Di te ament, Agorastocles*

765 s.: *Malus es: captatum me advenis cum testibus. Tuorum apud me nemost nec quicquam tui. Mementote illud, advocati*

769 ss.: *Hi, qui illum dudum conciliaverunt mihi peregrinum Spartanum, id nunc his cerebrum uritur, me esse hos trecentos Philippos facturum lucri*

776 ss.: *Lupo agnum eripere postulant. Nugas agunt. Negasne apud te esse aurum nec servom meum? Nego et negando, siquid refert, ravio*

784 ss.: *Age, omitte actutum, furcifer, marsuppium. Manifesto fur es. Mihi, quaeso hercle, operam date, dum me videatis servom ab hoc abducere*

789 ss.: *Sed quid ego dubito fungere hinc in malam crucem priu' quam hinc optorto collo ad praetorem trahor? Eheu, quom*

*ego habui hariolos haruspices, qui siquid boni promittunt,
perspisso evenit*

*797 ss.: Estne hic meus servos? Sum hercle vero, Agorastocles.
Quid nunc, sceleste leno? Quicum litigas, abscessit. Utinam
hinc abierit malam crucem. Ita nos velle aequomst. Cras
subscribam homini dicam*

*803 s.: paululum praedae intus feci, dum lenonis familia
dormitat: extis sum satur factus probe*

*806 s.: Bonam dedistis, advocati, operam mihi. Cras mane,
quaeso, in comitio estote obviam*

809: Iniuriam illic insignite postulat

ACTUS IV

*825 ss.: Neque periurior neque peior alter usquamst gentium
quam erus meus est, neque tam luteus, neque tam caeno
conlitus. Ita me di ament, vel in lautumiis vel in pistrino mavelim
agere aetatem praepeditus latere forti ferro quam apud lenonem
hunc servitatem colere*

*830 ss.: Di, vostram fidem quodvis genus ibi hominum videas,
quasi Acheruntem veneris, equitem, peditem, libertinum, furem
ac fugitivom velis, verberatum, vinctum, addictum*

*839 s.: Omnia edepol mira sunt nisi erus hunc heredem facit:
nam hicquidem illic, ut mediator, verba facit emortuo*

842 s.: *pretiis emptos maxumis apud nos expeculiatos servos fieri suis eris*

847 ss.: *Nunc domum haec ab aedi Veneris refero vasa ubi hostiis erus nequivit propitiare Venerem suo festo die. Lepidam Venerem! Nam meretrices nostrae primis hostiis Venerem placavere extemplo*

853: *Habe rem pactam*

862 ss.: *Facio quod manifesti moechi hau ferme solent. Quid id est? Refero vasa salva. Di te et tuom erum perduint!*

870: *Ut ego hanc familiam interire cupio*

884: *Dum ero insidias paritem, ne me perduim*

890 ss.: *Fide non melius creditur. Loquere – locus occasioquest – libere: hic soli sumus. Eru' si tuo' volt facere frugem, meum erum perdet*

896: *Quia illas emit in Anactorio parvolas de praedone Siculo*

899 s.: *Et ille qui eas vendebat dixit se furtivas vendere: ingenuas Carthagine aibat esse. Di vostram fidem!*

903 ss.: *qui eum surrupuit huc devexit meoque ero eum hic vendidit: is in divitias homo adoptavit hunc, quom diem obiit suom. Omnia memoras, quo id facilius fiat: manu eas adserat, suas popularis, liberali caussa*

909 ss.: *Ita dei faxint, ne apud lenonem hunc serviam. Quin hercle conlibertus meus faxo tu eris, sei di volent. Ita di faxint*

912: *Pol istuc tibi et tuost ero in manu*

918 ss.: *Dei immortales meum erum servatum volunt et hunc disperditum lenonem: tantum eum instat exitii. Satine, prius quam unumst iniectum telum, iam instat alterum?*

929: *dum erus adveniat a foro, opperiar domi*

ACTUS V

949 ss.: *Deos deasque veneror qui hanc urbem colunt, ut quod de mea re hunc veni rite venerim measque hic ut gnatas et mei fratris filium reperire me siritis, di, vostram fidem [quae mihi surruptae sunt et fratris filium]*

960 ss.: *Ain tu tibi dixi Syncerastum, Milphio, eas esse ingenuas ambas surrupticias Carthaginensis? Aio et, si frugi esse vis, eas liberali iam adseres causa manu*

966: *Pro dei immortales, opsecro vostram fidem, quam orationem hanc aures dulcem devorant*

971 s.: *Si ad eam rem testis habeam, faciam quod iubes. Quid tu mihi testis?*

978 s.: *Servos quidem edepol veteres antiquosque habet. Qui scis? Viden hominis sarcinatos consequi?*

984: *si non, tum ad horum mores linguam vortero*

988 s.: *Pro di immortales, plurumi ad illunc modum periere
pueri liberi Carthagine*

999: *Audin pollicitarier?*

1005: *Si est, nega esse: nolo ego errare hospitem*

1012 s.: *mures Africanos praedicat in pompam ludis dare se
velle aedilibus*

1018 ss.: *Palas vendundas sibi ait et mergas datas: ad messim
credo, nisi quidem tu aliud sapis: ut hortum fodiat atque ut
frumentum metat*

1021: *ne quid clam furtim se accepisse censeas*

1030: *Servom hercle te esse oportet et nequam et malum,
hominem peregrinum atque advenam qui inrideas*

1035 ss.: *Maledicta hinc aufer: linguam conpescas face.
Maledicere huic te temperabis, si sapis: meis consanguineis
nolo te iniuste loqui*

1045 s.: *Siquidem Antidamai quaeris adoptaticium, ego sum
ipsus, quem tu quaeris*

1050 ss.: *O mi hospes, salve multum! Nam mihi tuos pater
patritus ergo hospes Antidamas fuit. Haec mihi hospitalis tes-
sera cum illo fuit. Ergo hic apud me hospitium tibi praebebitur:*

nam haud repudio hospitium neque Carthaginem: ind' sum oriundus. Di dent tibi omnes quae velis

1058 ss.: *Surruptus sum illinc. Hic me Antidama hospes tuos emit et is me sibi adoptavit filium. Demarcho item ipse fuit adoptaticius*

1062: *ecquid meministi tuom parentum nomina, patris atque matris?*

1067 ss.: *An mortui sunt? Factum: quod <ego> aegre tuli: nam mihi sobrina Ampsigura tua mater fuit, pater tuos is erat frater patruelis meus, et is me heredem fecit, quom suom obiit diem, quo me privatum aegre patior mortuo*

1080 ss.: *Paterna oportet filio reddi bona: aequomst habere hunc bona quae possedit pater. Haud postulo aliter: restituentur omnia*

1100 ss.: *filiis dicas tuas surruptasque esse parvulas Carthagine, manu liberali caussa ambas adseras, quasi filiae tuae sint ambae*

1133 s.: *Aphrodisia hodie Veneris est festus dies: oratum ierunt deam, ut sibi esset propitia*

1154 ss.: *Ego faxo hospitium hoc leniter laudabitis. Audin tu, patruae? dico, ne dictum neges: tuam mihi maiorem filiam despondeas. Pactam rem habeto. Spondesne igitur? Spondeo*

1186 ss.: *eo sumus gnatae genere ut deceat nos esse a culpa castas. Iuppiter qui genus colis alisque hominum, per quem vivimus vitalem aevom, quem penes spes vitae sunt hominum*

omnium, da diem hunc sospitem, quaeso, rebus meis agundis, ut quibus annos multos carui quasque <e> patria perdidit parvas, redde is libertatem invictae praemium ut esse sciam pietati. Omnia faciet Iuppiter faxo: nam mihi est obnoxius et me metuit

1205 ss.: *Nimiae voluptatist quod in extis nostris portentumst, soror, quodque haruspex de ambabus dixit... Velim de me aliquid dixerit... nos fore invito domino nostro diebus paucis liberat. Id ego, nisi quid dei aut parentes faxint, qui sperem haud scio. Mea fiducia hercle haruspex, patruae, his promisit, scio, libertatem*

1218 ss.: *Istoc pretio tuas nos facile feceris. Patruae mi, ita me di amabunt, ut ego, si sim Iuppiter, iam hercle ego illam uxorem ducam et lunonem extrudam foras*

1225 ss.: *in ius vos voco. Nunc, patruae, tu frugi bonae es. Vin hanc ego adprendam? Tene. An patruos est, Agorastocles, tuos hic? Iam faxo scibis. Nunc pol ego te ulciscar probe: nam faxo eris mea sponsa. Ite in ius. Ne moramini. Antestare me atque duce. Ego te antestabor*

1232 s.: *In ius vos voco, nisi honestiust prehendi. Quid in ius vocas nos? quid tibi debemus?*

1237: *Fures estis ambae*

1239 s.: *Quia annos multos filias meas celavistis clam me, atque equidem ingenuas liberat summoque genere gnatas*

1244 ss.: *pro hoc mihi patronus sim necessest: et praedicabo, quomodo vos furta faciatis multa quoque modo huius filias*

apud vos habeatis servas, quas vos ex patria liberas surruptas esse scitis

1252 ss.: *ne indigna indignis di darent, id ego evenire vellem: nunc quod boni mihi di danunt vobis vostraeque matri, eas dis est aequom gratias nos agere sempiternas, quom nostram pietatem adprobant decorantque di immortales. Vos meae estis ambae filiae et hic est cognatus voster, huiusce fratris filius, Agorastocles*

1258: *At ita me di servent ut hic pater est voster: date manus*

1268: *Enicas me. Prius quam te mihi desponderit*

1274 ss.: *Dei deaeque omnes, vobis habeo merito magnas gratias, quom hac me laetitia adfecistis tanta et tantis gaudiis, ut meae gnatae ad me redirent et potestatem meam. Mi pater, tua pietas plane nobis auxilio fuit. Patruae, facito in memoria habeas tuam maiorem filiam mihi te despondisse. Memini. Et dotis quid promiseris. Si ego minam non ultus fuero probe, quam lenoni dedi, tum profecto me sibi habento scurrae ludificatui*

1285 ss.: *pro minore parte prandi pignus cepi, abii foras. Sic dedero. Aere militari tetigero lenunculum. Nanctus est hominem mina quem argenti circumduceret*

1322 ss.: *Qui tibi lubidost, opsecro, Antamoenides, loqui inclementer nostro cognato et patri? Nam hic noster pater est: hic nos cognovit modo et hunc sui fratris filium. Ita me Iuppiter bene amet, bene factum. Gaudeo et volupest mihi, si quid lenoni optigit magni mali*

1334 ss.: *Utrumvis est, <v>el leno <vel> Lycus in servitute hic filias habuit tuas, et mi auri fur est. Bellum hominem, quem noveris. Rapiamus in ius. Minume. Qua propter? Quia iniuriarum multo induci satius est*

1340 ss.: *ut me suspendam, ne addicar Agorastocli. Leno, eamus in ius. Opsecro te, Agorastocles, suspendere ut me liceat. In ius te voco. Quid tibi mecum autem? Quia hasce aio liberas ingenuasque esse filias ambas meas. Eae sunt surruptae cum nutrice parvolae. Iam pridem equidem istuc scivi et miratus fui neminem venire qui istas adsereret manu. Meae quidem profecto non sunt. Leno, in ius eas. De prandio tu dicis: debetur, dabo. Duplum pro furto mi opus est*

1355 ss.: *Numquid recusas contra me? Haud verbum quidem. Ite igitur intro, mulieres. Sed, patruae mi, tuam, ut dixisti, mihi desponde filiam*

1359 ss.: *Leno, arrabonem hoc pro mina mecum fero. Perii hercle. Immo haud multo post, si in ius veneris. Quin egomet tibi me addico: quid praetore opust? Verum opsecro te ut liceat simplum solvere, trecentos Philippos: credo, conradi potest. Cras auctionem faciam. Tantisper quidem ut sis apud me lignea in custodia*

1375: *modo cognovit filias suas esse hasce ambas*

1380: *Periere, opinor, duodeviginti minae qui hasce emi*

1383: *In servitute hic filias habuit tuas et mi auri fur est*

1387 ss.: *Per ego te tua [te] genua obsecro et hunc, cognatum quem tuom esse intellego: quando boni estis, ut bonos facere*

addecet, facite ut <vos> vostro subveniatis supplici. Iam pridem equidem istas scivi esse liberas et exspectabam, siqui eas assereret manu: nam meae prosum non sunt. Tum autem aurum tuom reddam quod apud mest et ius iurandum dabo me malitiose nil fecisse, Agorastocles

1399 s.: *Ut minam mi argenti reddas, priu' quam in nervom abducere. Di meliora faxint*

1403 s.: *Si volo hunc ulcisci, litis sequar in alieno oppido, quantum audivi ingenium et mores eius quo pacto sient*

1408 ss.: *quamquam ego te meruisse ut pereas scio, non experiar tecum. Neque ego, si aurum mihi reddes meum. Leno, quando ex nervo emissu's, conpingare in carcerem*

1413 ss.: *et quom istas invenisti filias, ita me di ament, mi voluptatist. Ignosco et credo tibi. Leno, tu autem amicam mihi des facito aut [auri] mihi reddas minam*

1421: *Dum auctionem facio, hic opus est aliquot ut maneas dies*

Pseudolus

Argumentum I

1: *Praesenti numerat quindecim miles minas*

7 ss.: *Leno mulierem, quem is supposit, tradidit. Venit Harpax verus: res palam cognoscitur, senexque argentum, quod erat pactus, tradidit*

Argumentum II

1 ss.: *Calidorus iuuenis m<eretricem Phoenicium> ecflictim deperibat nummorum indigus; eandem miles qui viginti mulierem minis mercatus abiit, solvit quindecim*

7: *cum pretio secum aveheret emptam mulierem*

ACTUS I

14 ss.: *Id te Iuppiter prohibessit. Nihil hoc Iovis ad consilium attinet: sub Veneris regno vapulo, non sub Iovis*

20: *Cape has tabellas*

25 ss.: *Has quidem pol credo, nisi Sibulla legerit, interpretari alium posse neminem. Quor inclementer dicis lepidis litteris, lepidis tabellis, lepida conscriptis manu?*

31: *lege vel tabellas redde*

36 s.: *Eccam in tabellis porrectam: in cera cubat. At te di deaque quantumst...*

39 s.: *repente exortus sum, repentino occidi. Tace, dum tabellas pellego*

49 ss.: *Recita modo; ex tabellis iam faxo scies quam subito argento mi usus invento siet. «Leno me peregre militi Macedonio minis viginti vendidit, voluptas mea; et prius quam hinc abiit, quindecim miles minas dederat: nunc unae quinque remorantur*

minae. Ea caussa miles hic reliquit symbolum, expressam in cera ex anulo suam imaginem, ut qui huc adferret eius similem symbolum

64: *Nunc nostri amores, mores, consuetudines*

75 s.: *Pumiceos oculos habeo, non queo lacrumam exorare ut expuant unam modo*

80 s.: *Miser sum, argentum nusquam invenio mutuom. Eheu. Neque intus nummus ullus est*

83: *Istocine pacto me adiuvas?*

85 s.: *Sed potes tu mutuam drachumam dare unam mihi, quam cras reddam tibi? Vix hercle, opinor, si me opponam pignori*

91 ss.: *Quis mi igitur drachumam reddet, si dederò tibi? An tu ea caussa vis sciens suspendere, ut me defraudes, drachumam si dederim tibi? Profecto nullo pacto possum vivere, si illa a me abalienatur atque abducitur. Quid fles, cucule? vives. Quid ego ni fleam, quoi nec paratus nummus argenti siet, neque libellai spes sit usquam gentium?*

109 ss.: *Scis tu quidem hercle, mea si commovi sacra, quo pacto et quantas soleam turbelas dare. In te nunc omnes spes sunt aetati meae. Satin est si hanc hodie mulierem efficio tibi tua ut sit, aut si tibi do viginti minas? Satis si futurumst. Roga me viginti minas, ut me effecturum tibi quod promisi scias. Roga, opsecro, hercle; gestio promittere. Dabisne argenti mihi hodie viginti minas? Dabo; molestus nunciam ne sis mihi. Atque hoc, ne dictum tibi neges, dico prius: si neminem alium potero,*

tuom tangam patrem. Di te mihi semper servent! Verum, si potest, pietatis causa, vel etiam matrem quoque

125: Nunc ne quis dictum sibi neget, dico omnibus, pube praesenti in contione

133: Atque ipse egreditur intus, periuri caput

135: non potest usura usurpari

140: Hoc est eorum officium, ut mavelis lupos apud oveis quam hos domi linquere custodes

155 ss.: Quid nunc? doletne? em sic datur, si quis erum servos spernit. Adsistite omnes contra me et quae loquar advortite animum. Tu qui urnam habes aquamingere

162: tu argentum eluito, idem exstruito

170: ne quisquam pertundat cruminam cautio est

176: quam liberam fore mihi credam et quam venalem hodie experiar

190 ss.: fac sis sit delatum huc mihi frumentum, hunc annum quod satis mihi et familiae omni sit meae, atque adeo ut frumento affluam, ut civitas nomen mihi commutet meque ut praedicet lenone ex Ballione regem Iasonem

196 ss.: Aeschrodora, tu quae amicos tibi habes lenonum aemulos Ianios, qui item ut nos iurando iure malo male quaerunt rem, audi

199 ss.: *cras te, quasi Dircam olim, ut memorant, duo gnati Iovis devinxere ad taurum, item ego te dstringam ad carnarium*

211 ss.: *Si mihi non iam huc culleis oleum deportatum erit, te ipsam culleo ego cras faciam ut deportere in pergulam*

221: *Sed scio; tu oleum hau magni pendis, vino te deungis*

225 ss.: *Tu autem, quae pro capite argentum mihi iam iamque semper numeras, ea pacisci modo scis, sed quod pacta es non scis solvere*

231: *Quid mihi es auctor huic ut mittam, ne amicam hic meam prostituat?*

250: *Occedamus hac obviam. Iuppiter te perdat, quisquis es*

260: *Mortua verba re nunc facis; stultus es, rem actam agis*

264 ss.: *Potin ut semel modo, ballio, huc cum lucro respicias? Respiciam istoc pretio; nam si sacrificem summo Iovi atque in manibus exta teneam ut poriciam, interea loci si lucri quid detur, potius rem divinam deseram. Non potest pietati opsisti huic, ut res sunt ceterae. Deos quidem, quos maxime aequom est metuere, eos minumi facit*

271 s.: *Di te deaeque ament vel huius arbitratu vel meo; vel, si dignus alio pacto, neque ament nec faciant bene*

274: *Misereat, si familiam alere possim misericordia*

279 s.: *Hunc pudet, quod tibi promisit quaque id promisit die, quia tibi minas viginti pro amica etiam non dedit*

285 ss.: *Fuit occasio, si vellet, iam pridem argentum ut daret. Quid, si non habui? Si amabas, invenires mutuom, ad danistam devenires, adderes faenusculum, surruperes patri. Surruperet hic patri, audacissime?*

290 ss.: *Egon patri surrupere possim quicquam tam cauto seni? Atque adeo si facere possim, pietas prohibet. Audio. Pietatem ergo istam amplexator noctu pro Phoenicio. Sed quom pieta<tem> te amori video tuo praevortere, omnes <homines> tibi patres sunt? nullus est tibi quem roges mutuom argentum? Quin nomen quoque iam interiit mutuom*

297 ss.: *qui suom repetunt, alienum reddunt nato nemini, postilla omnes cautiores sunt ne credant alteri. Nimis miser sum, nummum nusquam reperire argenti queo; ita miser et amore pereo et inopia argentaria*

304 s.: *Perii, annorum lex me perdit quinavicenaria. metuont credere omnes. Eadem est mihi lex: metuo credere*

315 ss.: *Di meliora faxint. Face quod te rogamus, Ballio, mea fide, si isti formidas credere. Ego in hoc triduo aut terra aut mari aliquonde evolvam id argentum tibi*

319: *una opera alligem fugitivam canem agninis lactibus*

327 ss.: *Pseudole, ei accerse hostias, victumas, lanios, ut ego huic sacrificem summo lovi: nam hic mihi nunc est multo potior Iuppiter quam Iuppiter. Nolo victumas: agninis me extis placari volo. Propera; quid stas? ei accerse agnos. Audin quid ait Iuppiter?*

332 ss.: *Lanios inde accersam duo cum tintinnabulis, eadem duo greges virgarum inde ulmearum adegero ut hodie ad litationem huic suppetat satias Iovi. I in malam crucem. Istuc ibit Iuppiter lenonius*

341 s.: *non habes venalem amicam tu meam Phoenicium? Non edepol habeo profecto, nam iam pridem vendidi*

344 ss.: *Meam tu amicam vendidisti? Valde, viginti minis. Viginti minis? Utrum vis, vel quater quinis minis, militi Macedonio, et iam quindecim habeo minas. Quid ego ex te audio? Amicam tuam esse factam argenteam*

348 ss.: *Eho, Pseudole, ei, gladium adfer. Quid opus<t> gladio? Qui hunc occidam atque me. Quin tu te<d> occidis potius? nam hunc fames iam occiderit. Quid ais, quantum terra<m> tetigit hominum periurissime? Iuravistin te illam nulli venditurum nisi mihi? Fateor. Nempe conceptis verbis? Etiam consutis quoque. Periuravisti, sceleste. At argentum intro condidi. Ego scelestus nunc argentum promere possum domo: tu qui pius, istoc es genere gnatus, nummum non habes*

358: *numquam ad praetorem aequae cursim curram, ut emittar manu*

362 ss.: *Parricida. Perge tu. Sacrilege. Fateor. Periure. Vetera vaticinamini. Legirupa. Valide. Permitties adolescentum. Acerrume. Fur. Babae. Fugitive. Bombax. Fraus populi. Planissime. Fraudulente*

368 ss.: *Verberavisti patrem atque matrem. Atque occidi quoque, potius quam cibum praehiberem: num peccavi quippiam?*

371 ss.: *Ten amatorem esse inventum inanem quasi cassam nucem? Verum, quamquam multa malaque dicta dixistis mihi, nisi mihi hodie attulerit miles quinque quas debet minas, sicut haec est praestituta summa ei argento dies, si id non adfert, posse opinor facere me officium meum. Quid id est? Si tu argentum attuleris, cum illo perdidero fidem*

387: *Temperi ego faxo scies*

393: *Iam hic faxo aderit*

412 s.: *Ex hoc sepulcro vetere viginti minas ecfodiam ego hodie, quas dem erili filio*

415 ss.: *Si de damnoseis aut si de amatoribus dictator fiat nunc Athenis Atticis, nemo anteveniat filio, credo, meo: ita nunc per urbem solus sermoni omnibust eum velle amicam liberare et quaerere argentum ad eam rem*

423 ss.: *Occisa est haec res, haeret hoc negotium. Quo in commeatum volui argentarium proficisci, ibi nunc oppido opsaeptast via. Praesensit; nihil est praedae praedatoribus. Homines qui gestant quique auscultant crimina, si meo arbitrato liceat, omnes pendeant, gestores linguis, auditores auribus*

438 ss.: *Probum patrem esse oportet qui gnatum suum esse probiorem quam ipsus fuerit postulet. Nam tu quod damni et quod fecisti flagiti populo viritim potuit dispertirier*

448: *hunc ego cupio excruciar*

460: *Decet innocentem qui sit atque innoxium servom superbum esse apud erum potissimum*

467: *parvam esse apud te mihi fidem ipse intellego*

475 ss.: *atque alio tu modo me verberare atque ego te soleo cogitas. Quid censes? Edepol merito esse iratum arbitror, quom apud te parvast ei fides*

480: *quod scibo, Delphis tibi responsum dicito*

484: *Liberare quam velit?*

487: *Ita, quas meo gnato des, qui amicam liberet?*

492 ss.: *quia nolebam ex me morem progigni malum, erum ut servos criminaret apud erum. luberes hunc praecipitem in pistrinum trahi. Numquid, Simo, peccatum est? Immo maxume. Desiste, recte ego meam rem sapio, Callipho; peccata mea sunt. Animum advorte nunciam, quapropter te expertem amoris nati habuerim: pistrinum in mundo scibam, si id faxem, mihi. Non a me scibas pistrinum in mundo tibi, cum ea mussitabas?*

504 ss.: *Nam hinc quidem a me non potest argentum auferri, qui praesertim senserim. Ne quisquam credat nummum, iam edicam omnibus. Numquam edepol quoiquam supplicabo, dum quidem tu vives. Tu mihi hercle argentum dabis*

514 s.: *Virgis caedito. Sed quid, si apstulero? Do lovem testem tibi te aetatem inpune habiturum*

518 ss.: *Em istis mihi tu hodie manibus argentum dabis. Edepol mortalem graphicum, si servat fidem! Servitum tibi me abducito, ni fecero*

531 ss.: *Si quidem istaec opera, ut praedicas, perfeceris, virtute regi Agathocli antecesseris: sed si non faxis, numquid causaest ilico quin te in pistrinum condam?*

535 s.: *sed si effecero dabin mihi argentum, quod dem lenoni, ilico tua voluntate? Ius bonum orat Pseudolus; dabo, inque*

553 s.: *Et si hunc videbo non dare argentum tibi, quod dixit, potius quam id non fiat, ego dabo*

ACTUS II

574: *Proh Iuppiter, ut mihi, quicquid ago, lepide omnia prospereque eveniunt!*

577 ss.: *nam ego in meo prius pectore ita paravi copias, duplicis, triplicis dolos, perfidias, ut, ubiquomque hostibus congregiar - maiorum meum fretus virtute dicam, mea industria et malitia fraudulenta - facile ut vincam, facile ut spoliem meos perduellis meis perfidiis*

585a ss.: *hoc ego oppidum admoenire, ut hodie capiatur, volo; atque huc meas legiones adducam: si expugno - facilem hanc rem meis civibus faciam - post ad oppidum hoc vetus continuo meum exercitum protinus obducam: inde me et simul participes omnis meos praeda onerabo atque opplebo, metum et fugam perduellis meis med ut sciant natum. Eo sum genere gnatus: magna me facinora decet efficere, quae post mihi clara et diu clueant*

600: *ni omnes di atque homines deserunt*

604 ss.: *Iam pol ego hunc stratioticum nuntium advenientem probe percutiam. Ostium pultabo atque intus evocabo aliquem foras. Quisquis es, compendium ego te facere pultandi volo; nam ego precator et patronus foribus processi foras*

610 ss.: *Quid tu servosne es an liber? Nunc quidem et iam servio. Ita videre; et non videre dignus qui liber sies. Non soles respicere te, quom dicit iniuste alteri? Hunc hominem malum esse oportet. Di me servant atque amant; nam hic mihi incus est: procudam ego hodie hinc multos dolos*

619: *qui agenti meo ero lenoni quindecim dederat minas, quinque debet?*

627 ss.: *Mihi hercle vero, qui res rationesque eri Ballionis curo, argentum accepto [expenso], et quoi debet dato. Si quidem hercle etiam supremi promptas thesauros Iovis, tibi libellam argenti numquam credam. Dum tu sternuas, res erit soluta*

638 s.: *Erus si tuos domi est, quin provocas, ut id agam quod missus huc sum, quidquid est nomen tibi?*

644 ss.: *ego, nisi ipsi Ballioni, nummum credam nemini. At illic nunc negotiosust: res agitur apud iudicem. Di bene vortant!*

655: *Hostis vivos rapere soleo ex acie: eo hoc nomen mihi*

661: *Inde ut me accersas, erus tuos ubi venerit. Tuo arbitrato, maxime*

663: *sed vide sis ne in quaestione sis, quando accersam, mihi*

667 s.: *Di immortales, conservavit me illic homo adventu suo; suo viatico redduxit me usque ex errore in viam*

688 ss.: *Di immortales! auricalcho contra non carum fuit meum mendacium, hic modo quod subito commentus fui, quia lenonis me esse dixi*

717 ss.: *Sumbolum? quem sumbolum? Qui a milite allatust modo. Eius servos qui hunc ferebat cum quinque argenti minis, tuam qui amicam hinc accersebat, ei os sublevi modo*

720: *Horum caussa haec agitur spectatorum fabula*

722: *Liberam hodie tuam amicam amplexabere*

732 ss.: *Bene iuvas. Sed quinque inventis opus est argenti minis mutuis, quas hodie reddam; nam huius mihi debet pater. Ego dabo, ne quaere aliunde*

736: *Di immortales, non Charinus mihi hic quidem, sed Copiast*

747 s.: *Quid quom manifesto tenetur? Anguillast, elabitur. Ecquid is homo scitust? Plebiscitum non est scitius*

751 ss.: *Dicam: ubi hominem exornavero, subditivom fieri ego illum militis servom volo; sumbolum hunc ferat lenoni cum quinque argenti minis, mulierem ab lenone abducat; em tibi omnem fabulam. Ceterum quo quicque pacto faciat, ipsi dixerō*

761 ss.: *omnis ordine sub signis ducam legiones meas, avi sinistra, auspicio liquido atque ex <animi> sententia; confidentia est inimicos meos me posse perdere*

766: *Iam ego hoc ipsum oppidum expugnatum faxo erit lenonium*

ACTUS III

767 ss.: *Quoi servitatem di danunt lenoniam puero, atque eidem si addunt turpitudinem, ne illi, quantum ego nunc corde conspicio meo, malam rem magnam multasque aerumnas danunt*

777: *siquis non hodie munus misisset sibi, eum cras cruciatu maxumo perbitere*

790 ss.: *Forum coquinum qui vocant, stulte vocant; nam non coquinum est, verum furinum est forum. Nam ego si iuratus peiorem hominem quaererem coquom, non potui quam hunc, quem duco, ducere multiloquom, gloriosum, insulsum, inutilem*

795 ss.: *Quin ob eam rem Orcus recipere ad se hunc noluit, ut esset hic qui mortuis cenam coquat*

798 ss.: *Si me arbitrabare isto pacto, ut praedicas, quor conducebas? Inopia: alius non erat. Sed cur sedebas in foro, si eras coquos, tu solus praeter alios?*

808 s.: *Illi drachumissent miseri; me nemo potest minoris quisquam nummo ut surgam subigere*

825 ss.: *Quas herbas pecudes non edunt, homines edunt. Quid tu? divinis condimentis utere, qui prorogare vitam possis hominibus, qui ea culpes condimenta?*

834 ss.: *Haec ad Neptuni pecudes condimenta sunt; terrestres pecudes cicimandro condio, [aut] hapalopside aut cataractria.*

*At te Iuppiter dique omnes perdant cum condimentis tuis
cumque tuis istis omnibus mendaciis!*

843 ss.: *Dimissis manibus volui dicere; eum odorem cenat
Iuppiter cotidie. Si nusquam coctum is, quidnam cenat Iuppiter?
Ita incenatus cubitum. I in malam crucem: istacine causa tibi
hodie nummum dabo?*

850: *Ad furandum quidem*

860: *manum si protollet, pariter proferto manum*

868 ss.: *Quia sorbitione faciam ego hodie te mea, item ut Medea
Peliam concoxit senem, quem medicamento et suis venenis
dicitur fecisse rursus ex sene adulescentulum; item ego te
faciam. Eho, an etiam es veneficus?*

876 s.: *Ut te servem, nequid surripias mihi. Si credis, nummo;
si non, ne mina quidem*

887: *ut praerodatis vostras furtificas manus*

895: *ita in aedibus sunt fures, praedo in proximo est*

903 s.: *Nunc ibo intro atque edicam familiaribus, profecto
ne quis quicquam credat Pseudolo*

ACTUS IV

905 ss.: *Si umquam quemquam di immortales voluere esse
auxilio adiutum, tum me et Calidorum servatum volunt esse et*

lenonem extinctum, quom te adiutorem genuerunt mihi tam doctum hominem atque astutum

916 s.: *Nimis tandem ego aps te contemnor. Quippe ego te ni contemnam, stratioticus homo qui cluear?*

923a: *Ita ille faxit Iuppiter*

931: *Occidis me, quom istuc rogitas*

934: *Iuppiter te mihi servet!*

936 ss.: *Tantum tibi boni di immortales duint quantum tu tibi <ex>optes; nam si exoptem, quantum dignu's tantum dent, minus nihilo est. Neque ego hoc homine quemquam vidi magis malum et maleficum*

943: *Ita me di ament... Ita non facient: mera iam mendacia fundes*

949 s.: *Immo si effici<e>s, tum faxo magis <id> dicas. Nisi effecero, cruciabiliter carnifex me accipito*

958: *Heus tu, nunc occasio est et tempus*

964: *Peregrina facies videtur hominis atque ignobilis*

966: *unde ego hominem hunc esse dicam gentium?*

973 ss.: *Pauci istuc faciunt homines quod tu praedicas; nam in foro vix decumus quisque est, qui ipsus sese noverit*

975: *Hominem ego hic quaero malum, legirupam, impurum, peiurum atque impium*

993 ss.: *Quod homo edepol fortis atque bellator probus. Sed propera hanc perlegere quaeso epistulam – ita negotium est – atque accipere argentum actutum mulieremque emittere. Nam necessest hodie Sicyoni me esse aut cras mortem exsequi; ita erus meus est imperiosus*

1004 ss.: *Ita militaris disciplinast, Ballio; manu salutem mittunt benevolentibus, eadem malam rem mittunt malevolentibus*

1011 ss.: *...qui epistulam istam fert; ab eo argentum accipi, cum eo simitu mulierem mitti volo. Salutem scriptam dignum est dignis mittere; te si arbitrarem dignum, misissem tibi.” Quid nunc? Argentum des, abducas mulierem*

1027 ss.: *ne deserat med atque ad hostis transeat; metuo autem, ne erus redeat etiam dum a foro, ne capta praeda capti praedones fuant*

1038 s.: *Ne plora, nescis ut res sit, Phoenicium; verum haud multo post faxo scibis accubans*

1046 ss.: *Occasionem repperisti, verbero, ubi perconteris me insidiis hostilibus? Quin hinc metimur gradibus militariis?*

1056 ss.: *Conceptis hercle verbis, satis certo scio, ego periurare me mavellem milliens quam mihi illum verba per deridiculum dare*

1068 ss.: *Minae viginti sanae et salvae sunt tibi, hodie quas aps te est stipulatus Pseudolus. Velim quidem hercle. Roga*

me viginti minas, si ille hodie illa sit potitus muliere, sive eam tuo gnato hodie, ut promisit, dabit; roga, opsecro hercle; gestio promittere, omnibus modis tibi esse rem ut salvam scias; atque etiam habeto mulierem dono tibi. Nullum est periculum, quod sciam, stipularier, ut concepisti verba: viginti minas dabin? Dabuntur

1083: *malum et scelestum et peiurum aibat esse me*

1091 ss.: *Em, illius servos huc ad me argentum attulit et obsignatum sumbolum.... Quid postea? <qui> inter me atque illum militem convenerat: is secum abduxit mulierem hau multo prius. Bonan fide istuc dicis?*

1118: *leno ubi esset domi me aibat arcessere*

1122: *Leno argentum hoc volo a me accipiat atque amittat mulierem mecum simul*

1125: *Quia praeda haec meast; scortum quaerit, habet argentum: iam admordere hunc mihi lubet*

1132 ss.: *Venus mi haec bona dat, quom hos huc adigit lucrifugas, damni cupidos, qui se suamque aetatem bene curant, edunt, bibunt, scortantur*

1139: *Bene ego ab hoc praedatus ibo*

1145 s.: *Sed, tu, bone vir, flagitare saepe clamore in foro, quom libella nusquamst, nisi quid leno hic subvenit tibi*

1148 s.: *Argentum accipias. Iam dudum, si des, porrexi manum. Accipe; hic sunt quinque argenti lectae numeratae minae*

1154 s.: *Hoc argentum ut mihi dares? Si tu quidem es leno Ballio. Atque ut a me mulierem tu abduceres?*

1160: *Manifesto teneo hunc hominem, qui argentum attulit*

1164 ss.: *Haben argentum ab homine? Rogitas quod vides? Heus, memento ergo dimidium istinc mihi de praeda dare; commune istuc esse oportet. Quid? malum? id totum tuom est. Quam mox mi operam das? Tibi do equidem. Quid nunc mihi's auctor, Simo?*

1170 ss.: *Quanti te emit? Suarum in pugna virium victoria; nam ego eram domi imperator summus in patria mea. An etiam ille umquam expugnavit carcerem, patriam tuam? Contumeliam si dices, audies*

1182: *Quin tu mulierem mi emittis? Aut redde argentum*

1185: *Quid meret machaera? Elleborum hisce hominibus opus est*

1187 ss.: *Quid mercedis petasus hodie domino demeret? Quid, domino? quid somniatis? Mea quidem haec habeo omnia, meo peculio empta*

1193: *quid meres? quantillo argento te conduxit Pseudolus?*

1199: *proin tu Pseudolo nunties abduxisse alium praedam, qui occurrit prior Harpax*

1200 ss.: *Ego tibi argentum dedi et dudum adveniens extemplo
sumbolum servo tuo, eri imagine obsignatam epistulam, hic
ante ostium*

1206: *Tantundem argenti quantum miles debuit dedit huic
atque hominem exornavit, mulierem qui abduceret*

1223 ss.: *Hercle te hau sinam emoriri, nisi mi argentum redditur,
viginti minae. Atque etiam mihi aliae viginti minae. Auferen tu
id praemium a me, quod promisi per iocum? De inprobis viris
auferri praemium et praedam decet*

1229 ss.: *At me viginti modicis multavit minis. Quid nunc
faciam? Si mi argentum dederis, te suspendito. Di te perdant!
Sequere sis me ergo hac ad forum, ut solvam*

1231 ss.: *Peregrinos absolvam, cras agam cum civibus.
Pseudolus mihi centuriata habuit capitis comitia, qui illum ad
me hodie adlegavit, mulierem qui abduceret*

1240 ss.: *Nunc mihi certum est alio pacto Pseudolo insidias
dare, quam in aliis comoediis fit, ubi cum stimulis aut flagris
insidiantur. At ego iam intus promam viginti minas, quas pro-
misi si effecisset; obviam ei ultro deferam*

1246: *Nunc ibo intro, argentum promam, Pseudolo insidias
dabo*

ACTUS V

1258 ss.: *deis proximum esse arbitror. Nam ubi amans
complexust amantem, ubi labra ad labella adiungit, ubi alter
alterum bilingui manifesto inter s<e>prehendunt*

1269 s.: *Hoc ego modo atque erus minor hunc diem sumpsimus prothyme, postquam opus meum omne ut volui perpetravi, hostibus fugatis*

1283: *Nunc ab ero ad erum meum maiorem venio foedus commemoratum*

1287: *Cum corona ebrium Pseudolum tuom*

1294: *Di te ament, Pseudole. Hae. I in malam crucem*

1299: *Quae istaec audaciast, te sic interdus cum corolla ebrium ingredi?*

1303 s.: *Massici montis uberrimos quattuor fructus ebibere in hora una. "Hiberna" addito*

1313 ss.: *Quid ergo dubitas dare mi argentum? Ius petis, fateor; tene. At negabas daturum esse te mihi; tamen das. Onera hunc hominem atque me consequere hac. Egone istum onerem? Onerabis, scio. Quid ego huic homini faciam? satin ultro et argentum aufert et me inridet?*

1323: *Nonne audes, quaesso, aliquam partem mihi gratiam facere hinc de argento?*

1325: *Erit ubi te ulciscar, si vivo*

1328: *Fac quod te iubeo: si is, aut dimidium aut plus etiam faxo hinc feres.*

1334: *Verum, si voltis adplaudere atque adprobare hunc
Igre gem et fabulam, in crastinum vos vocabo*

Rudens

Argumentum

4: *Ea in clientelam suipte inprudens patris naufragio eiecta
devenit*

Prologus

1 ss.: *Qui gentes omnis mariaque et terras movet, eius sum
civis civitate caelitem*

6 ss.: *Noctu sum in caelo clarus atque inter deos, inter mortalis
ambulo interdus. Et alia signa de caelo ad terram accidunt:
quist imperator divom atque hominum Iuppiter, is nos per gentis
aliud alia disparat, qui facta hominum, mores, pietatem et fi-
dem noscamus*

13 s.: *Qui falsas litis falsis testimoniis petunt quique in iure
abiurant pecuniam*

17 ss.: *Qui hic litem apisci postulant peiurio mali, res falsas qui
impetrant apud iudicem, iterum ille eam rem iudicatam iudicat:
maiore multa multat quam litem auferunt. Bonos in aliis tabulis
exscriptos habet. Atque hoc scelesti in animum inducunt suom,
Iovem se placare posse donis, hostiis*

24: *Id eo fit, quia nil ei acceptumst a periuris supplici*

29: *quique aetatem agitis cum pietate et cum fide*

39 ss.: *Huic filiola virgo periit parvola: eam de praedone vir mercatur pessumus: is eam huc Cyrenas leno advexit virginem. Adulescens quidam civis huius Atticus eam vidit ire e ludo fidicinio domum*

45 ss.: *minis triginta sibi puellam destinat datque arrabonem et iure iurando alligat. Is leno, ut se aequomst, flocci non fecit fidem neque quod iuratus adulescenti dixerat. Ei erat hospes par<s>ui, Siculus senex scelestus Agrigentinus, urbis proditor*

58 ss.: *Quicquid erat, noctu in navem conportat domo leno: adulescenti, qui puellam ab eo emerat, ait sese Veneri velle votum solvere*

70 ss.: *Nam Arcturus signum sum omnium <unum> acerrimum: vehemens sum exoriens, quom occido vehementior. Nunc ambo, in saxo leno atque hospes, simul sedent eiecti: navis confractast eis*

82: *Valete, ut hostes vestri diffidant sibi*

ACTUS I

83 s.: *Pro di immortales, tempestatem quouismodi Neptunus nobis nocte hac misit proxuma*

94 s.: *Nunc huc ad Veneris fanum venio visere, ubi rem divinam se facturum dixerat*

111 s.: *An quo furatum mox venias vestigas loca? Peculiosum esse <ad>decet servom et probum*

125: *malum, periurum, palpatorem*

128 ss.: *Hic dico, in fanum Veneris qui mulierculas duas secum adduxit quique adornaret sibi ut rem divinam faciat, aut hodie aut heri. Non hercle, adulescens, iam hos dies complusculos quemquam istic vidi sacrificare: neque potest clam me esse, si qui sacrificat*

145: *Cererem te melius<t> quam Venerem sectarier: amori haec curat, tritico curat Ceres*

158: *Utinam is sit quem ego quaero, vir sacerrumus*

174: *Ut prae timore in genua in undas concidit*

192: *si erga parentem aut deos me impiavi*

196 ss.: *si ad hunc modumst innoxii honor apud vos? Nam me si sciam fecisse aut parentis sceleste, minus me miserer. Sed erile scelus me sollicitat, eius me impietas male habet*

205: *Nunc quam spem aut opem aut consili quid capessam?*

209: *Quae mihist spes qua me vivere velim?*

214 ss.: *nec prope usquam hic quidem cultum agrum conspikor. Algor, error, pavor me omnia tenent. Haec, parentes mei, haud scitis miseri me nunc miseram esse ita uti sum: libera*

ego prognata fui maxume, nequiquam fui. Nunc qui minus servio, quam si serva forem nata?

223: ita res se habent: vitae hau parco: perdidisti spem qua me oblectabam

230: Spes bona, obsecro, subventa mihi

247: Obsecro, amplectere, spes mea

258 ss.: Qui sunt qui a patrona preces mea expetessunt? Nam vox me precantum huc foras excitavit. Bonam atque obsequentem deam atque hau gravatam patronam exsequuntur benignamque multum

274: Nunc tibi amplectimur genua egentes opum

280 ss.: Manus mihi date, exsurgite a genibus ambae: misericordior nulla me est feminarum. Sed haec pauperes res sunt, inopes[que] puellae: egomet vix vitam colo: Veneri cibo meo servio. Veneris fanum, obsecro, hoc est? Fateor: ego huius fani sacerdos clueo

ACTUS II

290 s.: Omnibus modis qui pauperes sunt homines miseri vivunt, praesertim quibus nec quaestus est nec didicere artem ullam

293 s.: Nos iam de ornatu propemodum ut locupletes simus scitis. Hisce hami atque haec harundines sunt nobis quaestu et cultu

305: *Nunc Venerem hanc veneremur bonam, ut nos lepide adiuerit hodie*

308: *me huc obviam iussit sibi venire ad Veneris fanum*

310: *Salvete fures maritumi, conchitae atque hamiotae, famelica hominum natio*

319: *fraudulentum, deorum odium atque hominum, malum, mali viti probrique plenum*

326: *In navem ascendit, mulieres avexit: hariolus sum*

329: *Eadem sacerdos Veneria haec siquid [piam] amplius scit, si videro, exquisivero*

343: *Nempe rem divinam facitis hic*

345 ss.: *Pol haud miranda facta dicis: si deos decepit et homines, lenonum more fecit. Non rem divinam facitis hic vos neque erus? Hariolare*

354: *Confractast, mi Trachalio, hac nocte navis nobis*

360: *periurum perdidisti*

372 s.: *Novi, Neptunus ita solet: quamvis fastidiosus aedilis est: siquae inprobae sunt merces, iactat omnis*

380: *Adservaret dies noctesque: in custodia esset semper*

385: *Fur facile quem observat videt, custos qui fur sit nescit*

388 s.: *hoc sese excruciat animi, quia leno ademit cistulam ei, quam habebat ubique habebat qui suos parentis noscere posset*

394: *O facinus impudicum, quam liberam esse oporteat, servire postulare*

400 s.: *Nam multa praeter spem scio multis bona evenisse. At ego etiam, qui speraverint spem decepisse multos*

404: *Ego quod mihi imperavit sacerdos id faciam atque aquam hinc de proxumo rogabo*

414: *Quis est qui nostris tam proterve foribus facit iniuriam?*

420: *Pro di immortales, Veneris effigia haec quidem est*

427: *Nunc, quam ob rem huc sum missa, amabo vel tu mi aias vel neges*

430: *Haec sacerdos Veneris hinc me petere aquam iussit sibi*

434 s.: *Cur tu aquam gravare, amabo, quam hostis hosti commodat? Cur tu operam gravare mihi, quam civis civi commodat?*

440: *Quid sacerdoti me dicam hic demoratum tam diu?*

454 ss.: *Sed quid ego cesso fugere in fanum ac dicere haec Palaestrae, in aram uti confugiamus priu' quam huc scelestus leno veniat nosque hic opprimat?*

472 ss.: *Sed autem quid si hanc hinc abstulerit quispiam sacram urnam Veneris? Mi exhibeat negotium. Metuo hercle ne illa mulier mi insidias locet, ut conprehendar cum sacra urna Veneria. Nempe optumo <me> iure in vinclis enicet magistratus, siquis me hanc habere viderit*

479: *Iam hercle evocabo hinc hanc sacerdotem foras, ut hanc accipiat urnam*

497 ss.: *Utinam quom in aedis me ad te adduxisti tuas in carcere illo potius cubuissem die: deosque immortalis quaeso, dum vivas, uti omnes tui similes hospites habeas tibi*

554 ss.: *Nunc si me adulescens Plesidippus viderit, quo ab arrabonem pro Palaestra acceperam, iam is exhibebit hic mihi negotium. Quid, stulte, ploras? tibi quidem edepol copias, dum lingua vivet, qui rem solvas omnibus*

568 ss.: *Meas oportet intus esse hic mulieres, mi Charmides. Iuppiter te perdat, et si sunt et si non sunt tamen. Intro rumpam iam huc in Veneris fanum*

581: *Tibi ego numquam quicquam credam nisi si accepto pignore*

583: *Barbarum hospitem mihi in aedis nil moror*

ACTUS III

593: *Miris modis di ludos faciunt hominibus*

608: *In ius vocat me*

610: *concludo in vincla bestiam nequissimam*

618 s.: *Vindicate, ne impiorum potior sit pollentia quam innocentum, qui se scelere fieri nolunt nobilis*

621: *facite hic lege potius liceat quam vi victo vivere*

624 ss.: *Ferte suppetias qui Veneri Veneriaeque antistitae more antiquo in custodia sua commiserunt caput. Praetor quete iniuriae prius collum quam ad vos pervenat. Quid istuc est negoti? Per ego haec genua te optestor, senex, quisquis es... Quin tu ergo omitte genua et quid sit mi expedi, <quod tu> multues*

641 ss.: *Obsecro, hoc praevortere ergo. Quid negotist? Mulieres duae innocentes intus hic sunt, tui indigentes auxili, quibus adversum ius legesque insignite iniuria hic factast fitque in Veneris fano. Tum sacerdos Veneria indigne adflctatur. Quis homost tanta confidentia, qui sacerdotem audeat violare? Sed eae mulieres quae sunt? aut quid is iniqui fit?*

648 ss.: *Veneris signum sunt amplexae: nunc <homo audacissimus> eas deripere volt. Eas ambas esse oportet <liberas>. Quis istic est qui deos tam parvi pendit?*

651 s.: *Fraudis, sceleris, parricidi, periuri plenissimus, legirupa, inpudens, impurus, inverecundissimus*

655: *Qui sacerdoti scelestus faucis interpresserit*

660: *Proripite hominem pedibus huc itidem quasi occisam suem*

669 s.: < tanta > inportunitas tamque iniuria < facta in > nos est modo hic intus ab nostro ero, < quin > scelestus sacerdotem anum praecipes reppulit

685: Sed muliebri animo sum tamen: miserae < quom venit > in mentem mihi mortis, metus membra occupat

689 s.: Quid ista < ec > ara prodesse nobis < plus > potest quam signum in fano hic intus Veneris, quod amplexae modo, unde abreptae per vim miserae?

691 ss.: Aram habete hanc vobis pro castris: moenia < haec >: hinc ego vos defensabo. Praesidio Veneris malitiae lenonis contra incedam. Tibi auscultamus et, Venus alma, ambae te obsecramus aram amplexantes hanc tuam lacrumantes, genibus nixae, in custodelam nos tuam ut recipias et tutere: illos scelestos, qui tuom fecerunt fanum parvi, fac ut ulciscare nosque ut hanc tua pace aram obsidere patiare

703: Ve < nus >, aequom has petere intellego, decet abs te id impetrari

705 ss.: Sed optume eccum exit senex, patronus mihi que et vobis. Exi e fano, natum quantum est rominum sacrilegissime. Vos in aram abite sessum

709 ss.: Tun legirupionem hic nobis cum dis facere postulas? Pugnum in os inpinge. Iniqua haec patior cum pretio tuo. At etiam minitatur audax? Ius meum ereptum est mihi: meas mihi ancillas invito me eripis. Habe iudicem de senatu Cyrenensi quemvis opulentum virum, si tuas esse oportet nive eas esse

oportet liberas, nivi in carcerem compingi est aequom aetatemque ibi te usque habitare, donec totum carcerem contriveris

719: *Suntne illae ancillae tuae? Sunt*

721 ss.: *Extemplo hercle ego te follem pugilatorium faciam et pendentem incursabo pugnīs, periurissime. Mihi non liceat meas ancillas Veneris de ara abducere? Non licet: est lex apud nos. Mihi cum vōstris legibus nihil est commerci: equidem istas iam ambas educam foras*

727 ss.: *Si autem Veneri conplacuerunt, habeat, si argentum dabit. Di tibi argentum? nunc adeo meam ut scias sententiam, occipito modo illis adferre vim ioculo pausillulum*

735 ss.: *Fateor, ego trifurcifer sum, tu's homo adprime probus: numqui minus hasce esse oportet liberas? Quid, liberas? Atque eras tuas quidem hercle atque ex germana Graecia: nam altera haec est nata Athenis ingenuis parentibus*

740: *Hanc Athenis esse natam liberam. Mea popularis opsecro haec est?*

742: *Opsecro, defende civis tuas, senex*

745 ss.: *Argentum ego pro istisce ambabus quōiae erant domino dedi. Quid mea refert, Athenis natae haec an Thebis sient, dum mihi recte servitutem serviant?*

752: *Tuaen istae sunt? Contende ergo, uter sit tergo verior*

758: *quid caussae est quin virgis te usque ad saturitatem sauciem?*

760: *Atqui, quia votas, utrumque iam mecum abducam simul*

768 s.: *Quin ut humanum exuras tibi? Immo hasce ambas hic in ara ut vivas comburam, id volo*

783 s.: *Meas quidem te invito et Venere et summo Iove de ara capillo iam deripiam*

800: *Ego te hodie faxo recte acceptum, ut dignus es*

819: *Et ubi ille servos cum ero huc advenerit, qui erum accersivit, itote extemplo domum*

840 ss.: *Meamne ille amicam Ieno vi, violentia de ara deripere Veneris voluit? Admodum. Quin occidisti extemplo? Gladius non erat. Caperes aut fustem aut lapidem. Quid, ego quasi canem hominem insectarer lapidibus?*

846: *Etiamne in ara tunc sedebant mulieres, quom ad me profectu's ire?*

859 ss.: *Ego hunc scelestum in ius rapiam exulem: age, ambula in ius. Quid ego deliqui? Rogas? Quin arrabonem a me accepisti ob mulierem, <et> eam hinc av<e>xti? Non avexi. Cur negas? Quia pol provexi; avehere non quivi miser*

866 s.: *In iure causam dicito: hic verbum sat est. Sequere. Obsecro te, subveni, mi Charmides: rapior optorto collo*

873: *Bono animo meliust te in nervom conrepere: tibi optigit quod plurumi exoptant sibi*

876: *Pariter suades, qualis es: tu in nervom rapere: eo me opsecras ut te sequar?*

882 ss.: *Fures mi estis. Quid, fures? Rape. Oro, obsecro, Palaestra. Sequere, carnufex. Hospes.... Non sum hospes: repudio hospitium tuom*

890: *Verum tamen ibo, ei advocatus ut siem, siqui mea opera citius... addici potest*

ACTUS IV

894: *iam clientas repperi, atque ambas forma scitula atque aetatula*

906 ss.: *Neptuno has ago gratias meo patrono, qui salsis locis incolit pisculentis, quom me ex suis locis pulcre ornatum expedit templis redducem, pluruma praeda onustum salute horiae*

915 ss.: *Nam ut de nocte multa inpigreque exsurrexi, lucrum praeposivi sopori et quieti: tempestate saeva experiri expetivi, paupertatem eri qui et meam servitutem tolerarem*

923 s.: *non enim illum expectare oportet, dum erus se ad suom suscitet officium. Nam qui dormiunt lubenter, sine lucro et cum malo quiescunt*

926 ss.: *Nunc tibi occasio haec, Gripe, optigit, ut liberet extemplo praetor te. Nunc sic faciam, sic consilium est: ad erum veniam docte atque astu, pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, ut sim liber. Iam ubi liber er<o>, igitur demum instruam agrum atque aedis, mancipia: navibus magnis mercaturam faciam: apud reges rex perhibebor*

933a ss.: *Ubi nobilitas mea erit clara, oppidum magnum communibo: ei ego urbi Gripo indam nomen, monimentum meae famae et factis, ibi qui regnum magnum instituam*

951 ss.: *Quid negoti est, modo dic. Dicam, tace, si fidem modo das mihi te non fore infidum. Do fidem tibi: fidus ero, quisquis es. Audi. Furtum ego vidi qui faciebat: noram dominum id quod fiebat. Post ad furem egomet devenio feroque ei condicionem hoc pacto: "Ego istuc furtum scio quod factum est. Nunc mihi si vis dare dimidium, indicium domino non faciam"*

964 s.: *Quid est? Et quo pacto perii. At ego quo pacto inventus scio: et qui invenit hominem novi, et dominus qui nunc est scio*

971 ss.: *Ecquem esse dices in mari piscem meum? Quos quom capio, siquidem cepi, mei sunt: habeo pro meis. Nec manu adseruntur neque illinc partem quisquam postulat. In foro palam omnis vendo pro meis venalibus. Mare quidem commune certost omnibus*

978: *Nam si istuc ius sit quod memoras, piscatores perierint*

982: *dicant in mari communi captos*

985: *Meum quod rete atque hami nancti sunt, meum potissimum*

1002: *Verba facimus: it dies. Vide sis quomodo arbitrato nos vis facere. Viduli arbitrato*

1004 ss.: *Tu istunc hodie non feres, nisi das sequestrum aut arbitrum, quomodo haec res arbitrato fiat. Quaeso, sanus es? Elleborosus sum*

1017: *Non probare pernegando mihi potes, nisi pars datur aut ad arbitrum reditur aut sequestro ponitur*

1021 ss.: *Numquid minus, si veniat nunc dominus quomodo, ego qui inspectavi procul te hunc habere, fur sum quam tu? Nilo. Mane, mastigia: quo argumento socius non sum et fur sum, factum ex te sciam. Nescio: neque ego istas vestras leges urbanas scio, nisi quia hunc meum esse dico. Et ego item esse aio meum. Mane: iam repperi quo pacto nec fur nec socius sis. Quo pacto?*

1035: *Vin qui in hac villa habitat eius arbitrato fieri?*

1037 s.: *praeda haec perpetua est mea. Ad meum erum arbitrum vocat me hic intra praesepis meas*

1040 ss.: *Ne iste haud scit quam condicionem tetulerit: ibo ad arbitrum. Quid igitur? Quamquam istuc esse ius meum certo scio, fiat istuc potius quam nunc pugnem tecum*

1043 s.: *Quamquam ad ignotum arbitrum me adpellis, si adhibebit fidem, etsi ignotus<t>, notust*

1046 ss.: *metuo propter vos ne uxor mea me extrudat aedibus, quae me p<a>elices adduxe dicet ante oculos suos. Vos confugite in aram potius quam ego*

1050: *quoniam ego adsum, faciet nemo iniuriam*

1054: *tuos hic servost? Meus est*

1057: *Nempe hic tuos est? Meus est*

1059 s.: *Homini ego isti talos subfringi volo. Quid est qua de re nunc inter vos litigatis?*

1069: *Quo modo habeas, illud refert, iurene anne iniuria*

1078: *neque meum esse hodie umquam dixi*

1087: *Aurum auro expendetur, argentum argento exaequabitur*

1099: *Scelerum caput, ut tute's, item omnis censes esse, periuri caput?*

1101: *Atqui nunc abs te stat: verum hinc <c>ibi<t> testimonium*

1104 s.: *Hasce ambas, ut dudum dixi, ita esse oportet liberas: haec Athenis parva fuit virgo surrupta. Dic mihi, quid id ad vidulum pertinet, servae sint istae an liberae?*

1112: *Iuppiter te dique perdant. Quid ais, vir venefice?*

1120: *ob eam siquid postulat sibi mercedis, dabitur*

1122: *ius meum esse intellegis: dudum dimidiam petebas partem*

1137 ss.: *Sed si erunt vera, tum opsecro te ut mea mihi reddantur. Placet: ius merum oras meo quidem animo. At meo hercle <iniuriam>*

1152: *Ius bonum oras. Edepol hau ted orat: nam tu iniuriu's*

1154: *Peri<i> in primo proelio*

1161: *Di immortales, ubi loci sunt spes meae?*

1164: *Di me servatum cupiunt. At me perditum. Filiam meam esse hanc oportet, Gripe*

1183: *Quom te di amant, voluptati est mihi*

1189: *Quid meliust quam ut hinc intro abeam et me suspendam clanculum?*

1191 ss.: *Pro di immortales, quis me est fortunatior, qui ex inproviso filiam inveni meam? Satin siquoi homini dei esse bene factum volu<nt>, aliquo illud pacto optingit optatum piis?*

1197 s.: *et eam de genere summo adulescenti dabo ingenuo, Atheniensi et cognato meo*

1205 ss.: *Aliquando osculando meliust, uxor, pausam fieri: atque adorna ut rem divinam faciam, quom intro advenero, Laribus familiaribus, quom auxerunt nostram familiam. Sunt domi agni et porci sacres*

1213: *Dicito daturum meam illi filiam uxorem. Licet. Et patrem eius me novisse et mihi esse cognatum*

1217 ss.: *Quod promisisti ut memineris, hodie ut liber sim. Licet. Fac ut exores Plesidippum, ut me <manu> emittat...Licet. et tua filia facito oret: facile exorabit...Licet. atque ut mi Ampelisca nubat, ubi ego sim liber....*

1228 ss.: *Quid est negoti, Gripe? De illo vidulo, si sapias, sapias: habeas quod di danunt boni. Aequom videtur tibi ut ego alienum quod est meum esse dicam?*

1233 s.: *tuom esse nilo magis oportet vidulum. Isto tu pauper es, quom nimis sancte piu's*

1242 ss.: *Mihi istaec videtur praeda praedatum irier, ut cum maiore dote abeat quam advenerit. Egone ut quod ad me allatum esse alienum sciam celem?*

1247 s.: *ne conscii sint ipsi maleficiis suis. Ego mihi cum lusi nil moror ullum lucrum*

1251: *quom illos sapientis mores monstraba<n>t poplo.*

1256: *At ego deos quaeso, ut quidquid in illo vidulost, si aurum, si argentumst, omne id ut fiat cinis*

1259 ss.: *Nam illic cum servo siquo congressus foret, et ipsum sese et illum furti adstringeret. Dum praedam habere se conseret, interim praeda ipsus esset: praeda praedam duceret. Nunc hinc intro ibo et sacrificabo*

1266: *mi liberte, mi patrone potius immo, mi pater*

1268 s.: *Et nupturast mihi? Suspikor. Censen hodie despondebit eam mihi, quaeso? Censeo*

1273: *Adsum equidem, ne censionem semper facias*

1280: *Sanus non es: sequere. Duc me, mi patrone, quo lubet*

ACTUS V

1281 ss.: *Quis mest mortalis qui vivat alter hodie, quem ad recuperatores modo damnavit Plesidippus? Abiudicata a me modost Palaestra: perditus sum*

1285 s.: *Nunc alteram illam quae meast visam huc in Veneris fanum, saltem ut eam abducam, de bonis quod restat reliquiarum*

1302: *Nam quidem hoc venenatu<m>st verum: ita in manibus consenescit*

1308: *Hac proxuma nocte in mari et alii confr<a>cta est navis, perdidit quicquid erat miser ibi omne*

1313 ss.: *Nummi octingenti aurei in marsuppio infuerunt, praeterea centum m<i>na<ria> Philippia in pasceolo sorsus. Magna hercle praedast: largiter mercedis indipiscar: di homines respiciunt: bene ergo hinc praedatus ibo*

1323 ss.: *Nummos trecentos. Tricas. Quadringentos. Tramas putidas. Quingentos. Cassam glandem*

1330: *proin tu vel aias vel neges*

1332 ss.: *Venus haec volo adroget te. Quod tibi lubet, id mi impera. Tange aram hanc Veneris. Tango. Per Venerem hanc iurandum est tibi. Quid iurem?*

1336 s.: *Tene aram hanc. Teneo. Deiera te mi argentum daturum eodem die <tui> viduli ubi sis potitus*

1338 ss.: *Venus Cyrenensis, testem te testor mihi, si vidulum illum, quem ego in navi perdididi, cum auro atque argento salvom investigavero isque in potestatem meam pervenerit*

1342 ss.: *“Tum ego huic Gripo” inquito et me tangito. Tum ego huic Gripo, dico, Venus, ut tu audias, talentum argenti magnum continuo dabo. Si fraudassis, dic ut te in quaestu tuo Venus eradicet caput atque aetatem tuam. Tecum hoc habeto tamen, ubi iuraveris*

1350: *Tamen fiet, etsi tu fidem servaveris*

1355: *Meus arbitratust, lingua quod iuret mea*

1358: *si tuos est, habeas tibi*

1360 s.: *Tene, si tuost. O di immortales: meus est. Salve, vidule. Tusne est? Rogitas? Si quidem hercle Iovis fuit, meus est tamen*

1364: *Tua quae fuit Palaestra, ea filia inventast mea*

1368: *Immo hercle, ut scias gaudere me, mihi triobolum ob eam ne duis: condono te*

1373 ss.: *Non tu iuratus mihi es? Iuratus sum, et nunc iurabo, siquid voluptati est mihi: ius iurandum rei servandae, non perdendae conditumst. Cedo sis mihi talentum magnum argenti, peiurissime*

1376 ss.: *Iuratus mihi dare. Lubet iurare: tu meo pontifex peiurio es? Qua pro re argentum promisit hic tibi? Si vidulum hunc redegissem in potestatem eius, iuratus dare mihi talentum magnum argenti. Cedo quicum habeam iudicem, ni dolo malo instipulatus sis sive etiamdum siem quinque et viginti annos natus*

1383 ss.: *Iam ab istoc auferre haut sim si istunc condemnavero. Promisisti huic argentum? Fateor. Quod servo <meo> promisisti, meum esse oportet. Ne tu, leno, postules te hic fide lenonia uti: non potes. Iam te ratu's nactum hominem quem defraudares? dandum huc argentum est probum: id ego continuo huic dabo, adeo me ut hic emittat manu*

1393 s.: *Nempe pro meo iure oras? Mirum quin tuom ius meo periclo aps te expetam*

1395 ss.: *illud mancipium meum est. Ego tibi hunc porro servavi cum magna pecunia. Gratiam habeo et de talento nulla causast quin feras, quod isti sum iuratus*

1400 s.: *non hercle istoc me intervortes, si aliam praedam perdidisti. Vapulabis, verbum si addes isto unum*

1405 ss.: *Dic mihi, quanti illam emisti tuam alteram mulierculam Ampeliscam? Mille nummum denumeravi. Vin tibi condicionem luculentam ferere me?*

1409 ss.: *Pro illa altera, libera ut sit, dimidium tibi sume, dimidium huc cedo. Maxume. Pro illo dimidio ego Gripum emittam manu, quem propter tu vidulum et ego gnatam inveni*

1414 s.: *iuris iurandi volo gratiam facias. Perii hercle: nisi me suspendo, occidi*

1419 s.: *ni daturus nil sim neque sit quicquam pollucti domi, nive adeo vocatos credam vos esse ad cenam foras*

Stichus

Argumentum

1 ss.: *Senex castigat filias, quod eae viros tam perseverent peregrinantis pauperes ita sustinere fratres neque relinquere*

ACTUS I

5 s.: *quorumque nos negotiis absentum, ita ut aequom est, sollicitae noctes et dies, soror, sumus semper*

12 ss.: *Sed hoc, soror, crucior, patrem tuum meumque adeo, unice qui unus civibus ex omnibus probus perhibetur, eum nunc improbi viri officio uti, viris qui tantas apsentibus nostris facit iniurias immerito, nosque ab eis abducere volt*

22: *spes est eum melius facturum*

43 ss.: *Etsi illi improbi sint, atque aliter nos faciant quam aequomst, tam, pol, nequid magi' sit, omnibus obnixie opibus nostrum officium meminisse decet*

52 ss.: *neque est cur nunc studeam has nuptias mutarier. Verum postremo in patris potestate est situm: faciendum id nobis quod parentes imperant*

70 ss.: *Pati nos oportet quod ille faciat, cuius potestas plus potest: exorando, haud adversando sumendam operam censeo. Gratiam a patre si petimus, spero ab eo impetrassere*

75: *Principium ego quo pacto cum illis occipiam, id ratiocinor*

78 ss.: *an quasi quid indauidiverim eas in se meruisse culpam; an potius temptem leniter an minaciter. Scio litis fore; ego meas novi optime. Si manere hic sese malint potius quam alio nubere, non faciam*

83 ss.: *Minime: nolo turbas. Sed hoc mihi optimum factu arbitror. Sic faciam: adsimulabo quasi quam culpam in sese admiserint*

89: *Ferre adversum homini occupemus osculum*

91: *Osculum.. Sat est osculi mihi vestri*

96 ss.: *Morem tibi geram. Atque hoc est satis. Numquam enim nimis curare possunt suum parentem filiae. Quem aequiust nos potioem habere quam te? postidea, pater, viros nostros, quibus tu voluisti esse nos matres familias. Bonas ut aequomst facere, facitis, quom tamen apsentis viros proinde habetis quasi praesentes sient. Pudicitia, pater, eos nos magnificare, qui nos socias sumpserunt sibi*

104 ss.: *nam ego ad vos nunc imperitus rerum et morum mulierum discipulus venio ad magistras. Quibus matronas*

moribus, quae optumae sunt, esse oportet? Sed utraque ut dicat mihi. Quid istuc est quod huc exquisitum mulierum mores venis? Pol, ego uxorem quaero, postquam vostra mater mortuast

118 ss.: Quoi male faciundi est potestas, quae, ne id faciat, temperat. Hau male istuc. Age tu altera utra sit condicio pensior virginemne an viduam habere? Quanta mea sapientiast, ex malis multis malum quod minimumst, id minimest malum

128 s.: mihi auctores ita sunt amici, ut vos hinc abducam domum. At enim nos, quarum res agitur, aliter auctores sumus

131 ss.: aut nunc non aequomst abduci, pater, illisce apsentibus. Vosne ego patiar cum mendicis nuptas, me vivo, viris? Placet ille meus mihi mendicus: suus rex reginae placet. Idem animust in paupertate qui olim in divitiis fuit. Vosne latrones et mendicos homines magni penditis? Non tu me argento dedisti, opinor, nuptum, sed viro. Quid illos expectatis, qui abhinc iam abierunt triennium? Quin vos capitis condicionem ex pessuma primariam? Stultitiast, pater, venatum ducere invitas canes: hostis est uxor invita quae viro nuptum datur. Certumne est neutram vostrarum persequi imperium patris? Persequimur; nam quo dedisti nuptum abire nolumus

145: Curate igitur familiarem rem ut potestatis optume

150 ss.: Eho, Crocotium, parasitum Gelasimum huc arcessito, tecum adduce; nam illum, ecastor, mittere ad portum volo, si quae forte ex Asia navis heri aut hodie venerit. Nam dies totos apud portum servos unus adsidet

ACTUS II

159 ss.: *Nam illa me in alvo menses gestavit decem; at ego illam in alvo gesto plus annos decem. Atque illa puerum me gestavit parvolum, quo minu' laboris cepisse illam existumo; ego non pausillulam in utero gesto famem, verum, hercle, multo maximam et gravissimam. Uteri dolores mi oboriuntur cottidie, sed matrem parere nequeo, nec quid agam scio*

176 ss.: *Propter pauperiem hoc adeo nomen repperi, eo quia paupertas fecit ridiculus forem: nam illa artis omnis perdocet, ubi quem attigit. Per annonam caram dixit me natum pater*

191 ss.: *Ei, hercle, verbo lumbos dif<f>ractos velim, ni vere perierit, si cenassit domi. Haec verba subigunt med ut mores barbaros discam, atque ut faciam praeconis compendium, itaque auctionem praedicem, ipse ut venditem. Hic ille parasitus, quem arcessitum missa sum*

201 ss.: *Ei quando quem auctionem facturum sciunt, adeunt, perquirunt quid siet causae ilico: alienum aes cogat an pararit praedium, uxori sit reddenda dos divortio*

207 ss.: *Dicam auctionis causam, ut damno gaudeant; nam curiosus nemo est quin sit malivulus. Ipse egomet quam ob rem auctionem praedicem: damna evenerunt maxuma misero mihi, ita me mancupia miserum adfecerunt male*

214 s.: *quae inter continuum perdidit triennium! Prae maerore adeo miser atque aegritudine consenui, paene sum fame emortuus.*

218 ss.: *Nunc auctionem facere decretumst mihi; foras
necessumst quicquid habeo vendere. Adeste, sultis; praeda erit
praesentium*

229: *ac perieratiunculas parasiticas*

233 ss.: *Haec veniisse iam tempus est, quantum potest, ut
decumam partem Herculi polluceam. Ecastor, auctionem hau
magni preti*

245: *Hic, quom auctionem praedicabas...*

251 ss.: *Iamne exta cocta sunt? quot agnis fecerat? Illa quidem
nullum sacrificavit. Quo modo? Quid igitur me volt? Tritici
modios decem rogare, opinor, te volt*

255 ss.: *Immo ut a vobis mutuom nobis dares. Nega esse quod
dem nec mihi nec mutuom, neque aliud quicquam nisi hoc
quod habeo pallium: linguam quoque etiam vendidi datariam.
Au! Nullan tibi lingua est? Quae quidem dicat 'dabo'; ventri
reliqui eccam illam, quae dicat 'cedo'*

266 s.: *Demiror quid illaec me ad se arcessi iusserit, quae
numquam iussit me ad se arcessi ante hunc diem, postquam
vir abiit eius*

274 ss.: *Mercurius, Iovis qui nuntius perhibetur, numquam
aeque patri suo nuntium lepidum attulit quam ego nunc meae
erae nuntiabo*

281: *nunc tibi potestas adipiscendist gloriam, laudem, decus
eraeque <e>genti subveni benefacta maiorum tuum*

287: *si rex obstabit obviam, regem ipsum prius pervortito*

290 ss.: *Sed tandem, opinor, aequiust eram mihi esse supplicem atque oratores mittere ad me donaque ex auro et quadrigas, qui vehar; nam pedibus ire non queo*

296: *vix ipsa domina hoc, nisi sciat, exoptare ab deis audeat*

302 ss.: *Non enim possum quin revortar, quin loquar, quin edisserem, eramque ex maerore eximam, bene facta maiorum meum exaugeam, atque illam augeam insperato, opportuno modo*

307: *Sed spatium hoc occidit*

312 ss.: *Nimis vellem hae fores erum fugissent, ea causa ut haberent ma<lum mag>num. Defessus sum pultando; hoc postremumst*

326 ss.: *Quisnam, obsecro, has frangit fores? ubist? Tun haec facis? tun mihi huc hosti' venis? Salve. Tuo arcessitu venio huc. Ean gratia fores effringis? Tuos inclama; tui delinquent*

332: *Istuc indiderunt nomen maiores mihi*

336 ss.: *Omnia membra lassitudo mihi tenet. Linguam quidem sat scio tibi non tenere. Ita celeri curriculo fui propere a portu tui honoris causa*

344: *Iamdudum ego istum patior dicere iniuste mihi*

353: *Sine suffragio populi tamen aedilitatem hic quidem gerit*

359 s.: *Alii ligna caedite, alii piscis depurgate, quos piscator attulit, pernam et glandium deicite*

363: *Tum tu igitur qua caussa missus es ad portum, id expedi*

377: *...lectos eburatos, auratos... Accubabo regie*

384 ss.: *Non vendo logos; iam non facio auctionem, mihi optigit hereditas: malivoli perquisitores auctionum perierint. Hercules, decumam esse adauctam tibi, quam vovi, gratulor. Spes est tandem aliquando inportunam exigere ex utero famem*

395 s.: *Hercules, qui deus sis, sane discessisti non bene. I intro, Pinacium, iube famulos rem divinam mihi apparent*

401: *nam, ni illos homines expello, ego occidi planissime*

ACTUS III

402 ss.: *Quom, bene re gesta, salvus convortor domum, Neptuno grates habeo et Tempestatibus, simul Mercurio, qui me in mercimoniis iuvit, lucrisque quadruplicavit rem meam*

408 ss.: *Nam iam Antiphonem conveni adfinem meum cumque eo reveni ex inimicitia in gratiam. Videte, quaeso, quid potest pecunia! Quoniam, bene gesta re, rediisse me videt, magnasque apportavisse divitias domum, sine advocatis ibidem in cercuro, in stega, in amicitiam atque in gratiam convortimus*

423: *Et ius et aequom postulas*

431 ss.: *amicam ego habeo Stephanium hinc ex proxumo, tui fratris ancillam; eo condixi in symbolam ad cenam, ad eius conservum Sagarinum Syrum. Eademst amica ambobus, rivales sumus*

436 s.: *Meam culpam habeto, nisi probe excruciavero. Iam, hercle, ego per hortum ad amicam transibo meam mihi hanc occupatum noctem*

443 s.: *advorsitores pol cum verberibus decet dari, uti eum verberabundum abducant domum*

454: *Libros inspexi. Tam confido quam potis me meum optenturum regem ridiculis logis*

459 s.: *Auspicio hodie optumo exivi foras: mustela murem apstulit praeter pedes*

463: *augurium hac facit*

469: *Bene atque amice dicis. Di dent quae velis*

472: *Locatast opera nunc quidem: tam gratiast. Promitte*

479: *Quin tu promittis? Non graver, si possiem. Unum quidem, hercle, certo promitto tibi: libens accipiam certo, si promiseris*

490 ss.: *At ei oratores sunt populi, summi viri; Ambracia veniunt huc legati publice. Ergo oratores populi, summates viri, summi accumbent, ego infimatis infimus. Haud aequomst te inter oratores accipi. Equidem, hercle, orator sum, sed procedit*

parum. Cras de reliquiis nos volo. Multum vale. Perii, hercle, vero plane, nil obnoxie

502 s.: *ea ego auspicavi in re capitali mea? Certumst amicos convocare, ut consulam qua lege nunc me<d>... essurire oporteat*

ACTUS IV

505 ss.: *Ita me di bene ament measque mihi bene servassint filias, ut mihi voluptas est, Pamphilippe, quia vos in patriam domum rediisse video, bene gesta re, ambos, te et fratrem tuum. Satis apud te accipiam, nisi videam mihi te amicum esse, Antipho*

525 ss.: *Nam ita me absente familiarem rem uxor curavit meam, omnium me exilem atque inanem fecit aegritudinum. Sed ecce fratrem Pamphilippum, incedit cum socero suo*

534 s.: *Deos salutatum atque uxorem modo intro devortor domum. Haec si ita ut volo conficio, continuo ad te transeo*

542 ss.: *Erant minori illi adolescenti fidicina et tibicina: peregre advexerat quasi nunc tu. Sed ille erat caelebs senex, quasi ego nunc sum*

555 s.: *Videlicet parcum illum fuisse senem, qui <id> dixerit, quoniam ille illi pollicetur, qui eum cibum poposcerit*

559 ss.: *Heracle, qui aequom postulabat ille senex, quando quidem filiae illae dederat dotem, accipere pro tibicina. Heracle ille quidem certo adolescens docte vorsutus fuit, qui seni illi*

concupinam dare dotatam noluit. Senex quidem voluit, si posset, indispisci de cibo: quia nequit, qua lege licuit velle dixit fieri

571 ss.: *Etiam nunc scelestus <se>se ducit pro adulescentulo. Dabitur homini amica, noctu quae in lecto occentet senem; namque, edepol, aliud quidem illi quid amica opus sit, nescio*

579 ss.: *Sed ita ut ocepi narrare vobis: cum hic non adfui, cum amicis deliberavi iam et cum cognatis meis. Ita mihi auctores fuere, ut egomet me hodie iugularem... fame*

585: *salvom gaudeoperegre te in patriam rediisse*

595: *Di te perduint!*

605: *Cave, sis, tu tibi; nam illic homo tuam hereditatem inhiat, quasi esuriens lupus*

610: *Si, hercle, faxis, non, opinor, dices deceptum fore*

614: *Edepol te hodie lapide percussum velim. Non metuo; per hortum transibo, non prodibo in publicum*

622 ss.: *Immo, in carcerem; nam hic quidem genium meliorem tuum non facies. Eamus, tu. Deos salutabo modo, poste ad te continuo transeo. Quid igitur? Dixi equidem in carcerem ires. Quin, si iusseris, eo quoque ibo. Di immortales! hic quidem pol summam in crucem cena aut prandio perduci potis est*

639 s.: *neque ego hoc committam ut me esse omnes mortuom dicant fame*

ACTUS V

641: *More hoc fit atque stulte, mea sententia*

649 ss.: *Salvete, Athenae, quae nutrices Graeciae: <te> terra erilis patria, te video libens. Sed amica mea et conserva quid agat Stephanium curaest, ut valeat; nam Sticho mandaveram salutem ut nuntiaret atque ei ut diceret me hodie venturum, ut cenam coqueret temperi*

670: *Volo eluamus hodie; peregrina omnia relinque; Athenas nunc colamus*

676: *Domo dudum huc arcessita sum*

685: *Ita me di ament, lepide accipimur, quom hoc recipimur in loco*

688: *Nam hinc quidem hodie polluctura praeter nos [iactura] da[bi]tur nemini*

693: *Suum quemque decet; quibus divitiae domi sunt, scaphio et cantharis, batiocis bibunt*

700 ss.: *Utrum Fontine an Libero imperium te inhibere mavis? Nimio liquido Libero. Sed amica mea et tua dum cessat, dumque se exornat, nos volo tamen ludere inter nos: strategum te facio huic convivio. Nimium lepide in mentem venit: quam potius in subsellio Cynice hic accipimur quam in lectis?*

705: *Sed interim, stratege noster, cur hic cessat cantharus?*

717: *Accipe, inquam; non hoc impendet publicum*

726: *Bonum ius dicis; impetrare oportet qui aequom postulat. Age ergo, observa; si pecassis, multam hic retinebo ilico*

740 s.: *Peregre advenientes te expetimus, Stephaniscidium, mel meum, si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti sumus*

751: *Vapulat peculium; actum est; fugit hoc libertas caput*

754: *Ita me di ament, numquam enim fiet hodie haec quin saltet tamen*

768 ss.: *Redde cantionem veteri pro vi<no> novam. Qui Ionicus aut cinaedicus<t>, qui hoc tale facere possiet? Si istoc me vorsu viceris, alio me provocato*

Trinummus

Argumentum

3 s.: *Istoc absente male rem perdit filius; nam et aedis vendit: has mercatur Callicles*

6 s.: *Minus quo cum invidia ei det dotem Callicles, mandat qui dicat aurum ferre se a patre*

Prologus

8 s.: *Primum mihi Plautus nomen Luxuriae indidit: tum hanc mihi gnatam esse voluit Inopiam*

13: *is rem paternam me adiutrice perdidit*

ACTUS I

23 ss.: *Amicum castigare ob meritam noxiam inmoenest facinus, verum in aetate utile et conducibile. Nam ego amicum hodie meum concastigabo pro commerita noxia: invitus, ni id me invitet ut faciam fides. Nam hic nimium morbus mores invasit bonos*

30 ss.: *Sed dum illi aegrotant, interim mores mali quasi herba inrigua succrevit uberrime, neque quicquam hic nunc est vile nisi mores mali: eorum licet iam metere messem maxumam*

39 ss.: *Larem corona nostrum decorari volo: uxor, venerare ut nobis haec habitatio bona fausta felix fortunataque evenat, teque ut quam primum possim videam emortuam. Hic ille senecta aetate qui factus puer, qui admisit in se culpam castigabilem*

56: *Bene hercle nuntias, deosque oro ut vitae tuae superstes suppetat*

60 s.: *Faxo haud tantillum dederis verborum mihi. Namque enim tu, credo, me imprudentem obrepseris. Ne tu hercle faxo haud nescias quam rem egeris*

68: *Malis te ut verbis multis multum obiurigem*

70: *Quid tu igitur rogitas tene obiurigem?*

72 ss.: *[sin immutare vis ingenium moribus] aut si demutant mores ingenium tuom neque eos antiquos servas, ast captas*

novos, omnibus amicis morbum tu incuties gravem, ut te videre audireque aegroti sient

78 s.: *Quia omnis bonos bonasque adcurare addecet, suspicionem et culpam ut ab se segregent*

81 ss.: *Ne admittam culpam, ego meo sum promus pectori: suspiciost in pectore alieno sita, nam nunc ego si te surrupuisse suspicer lovi coronam de capite ex Capitolio qui in columine astat summo: si id non feceris atque id tamen mihi lubeat suspicari: qui tu id prohibere me potes ne suspicer?*

95 ss.: *Si quid scis me fecisse inscite aut inprobe, si id non me accusas, tute ipse obiurgandus es*

100 ss.: *Turpilucricupidum te vocant cives tui: tu<m> autem sunt alii qui te volturium vocant: hostisne an civis comedis parvi pendere*

104: *Est atque non est mi in manu, Megaronides*

107 ss.: *Id ita esse ut credas, rem tibi auctorem dabo. Nam postquam hic eius rem confregit filius videtque ipse ad paupertatem protractum esse se suamque filiam esse adultam virginem, simul eius matrem suamque uxorem mortuam*

116 ss.: *Quid tu adolescentem, quem esse corruptum vides, qui tuae mandatus est fide et fiducia, quin eum restituis, quin ad frugem corrigis? Ei rei operam dare te fuerat aliquanto aequius, si qui probiorem facere posses, non uti in eandem tute accederes infamiam malumque ut eius cum tuo misceres malo*

124 ss.: *Emistin de adolescente has aedis (quid taces?) ubi nunc tute habitas? Emi atque argentum dedi, minas quadraginta, adolescenti ipsi in manum. Dedistin argentum? Factum, neque facti piget. Edepol fide adolescentem mandatum malae: dedistine hoc facto ei gladium, qui se occideret? Quid secus est aut quid interest dare te in manus argentum amanti homini adolescenti, animi inpoti, qui exaedificaret suam incohatam ignaviam? Non ego illi argentum redderem? Non redderes neque de illo quicquam neque emeris neque venderes nec qui deterior esset faceres copiam*

139: *Crede huic tutelam: suam melius rem gesserit*

141: *ut quod meae concreditumst taciturnitati clam, fide et fiduciae*

149 s.: *Quoniam hinc est profecturus peregre Charmides, thensaurum demonstravit mihi in hisce aedibus*

152 ss.: *Nummorum Philippeum ad tria milia. Id solus solum per amicitiam et per fidem flens me opsecravit suo ne gnato crederem neu quoquam, unde ad eum id posset permanascere*

157 ss.: *siquid eo fuerit, certe illius filiae quae mihi mandatast, habeo dotem unde dem, ut eam in se dignam condicionem conlocem. Pro di inmortales, verbis paucis quam cito alium fecisti me! Alius ad te veneram. Sed ut ocepisti, perge porro proloqui*

178 ss.: *Qui emisset, eius essetne ea pecunia? Emi egomet potius aedis: argentum dedi thensauri causa, ut salvom amico*

*traderem. Neque adeo hasce emi mihi neque ussurae meae:
illi redemi russum, a me argentum dedi*

188: *vicisti castigatorem tuom, occlusti linguam, nihil est quod
respondeam*

191: *Polliceor operam*

192: *Cures tuam fidem*

201 ss.: *neque confidentiloquius neque peiurius quam urbani
adsidui cives quos scurras vocant*

207 ss.: *sciunt id quod in aurem rex reginae dixerit; sciunt quod
Iuno fabulatast cum Iove*

212 ss.: *Omnes mortales hunc aiebant Calliclem indignum
civitate ac sese vivere, bonis qui hunc adulescentem evortisset
suis. Ego de eorum verbis famigeratorum insciens prosilui
amicum castigatum innoxium*

219 ss.: *famigeratori res sit cum damno et malo: hoc ita si fiat,
publico fiat bono. Pauci sint faxim qui sciant quod nesciunt,
occlusioremque habeant stultiloquentiam*

ACTUS II

234: *iudex sim reusque ad eam rem*

251: *Nox datur: ducitur familia tota*

261: *fugit forum, fug<it>at suos cognatos*

268 ss.: *sunt tamen quos miseros maleque habeas, quos tibi obnoxios fecisti. Certast res ad frugem adplicare animum, quamquam ibi animo labos grandis capitur. Boni sibi haec expetunt, rem, fidem, honorem, gloriam et gratiam*

277 ss.: *Pater, adsum, impera quidvis, neque tibi ero in mora neque latebrose me abs tuo conspectu occultabo*

283 ss.: *Novi ego hoc saeculum moribus quibus siet: malus bonum malum esse volt, ut sit sui similis; turbant, miscent mores mali, rapax, avarus, invidus: sacrum profanum, publicum privatum habent, hiulca gens. Haec ego doleo, haec sunt quae me excruciant, haec dies noctes[que] tibi canto, ut caveas. Quod manu non queunt tangere, tantum fas habent quo manus apstineant*

292 ss.: *Nam hi mores maiorum laudant, eosdem luitant quos conlaudant. Hisce ego de artibus gratiam facio, ne colas neve inbuas ingenium. Meo modo et moribu' vivo antiquis: quae ego tibi praecipio, ea facito. Nil ego istos moror faeceos mores, turbidos, quibu' boni dedecorant se*

301 ss.: *Semper ego usque ad hanc aetatem ab ineunte adulescentia tuis servivi servitum imperiis, praeceptis, pater. Pro ingenio ego me liberum esse ratus sum, pro imperio tuo meum animum tibi servitum servire aequom censui*

313 ss.: *Istaec ego mi semper habui aetati integumentum meae, ne penetrarem me usquam, ubi esset damni conciliabulum, ne noctu irem obambulatum neu suom adimerem alteri. Ne tibi aegritudinem, pater, parerem, parsi sedulo: sarta tecta tua praecepta usque habui mea modestia*

320 s.: *Is probust, quem paenitet quam probu' sit, et frugi bonae. Qui ipsus sibi satis placet, nec probus est nec frugi bonae; qui ipsus se contemnit, in eost indoles industriae*

324: *Ob eam rem haec, pater, autumavi, quia res quaedamst quam volo ego me aps te exorare*

332 s.: *Publicisne adfinis fuit an maritumis negotiis? Mercaturan, an venales habuit, ubi rem perdidit?*

346 ss.: *Edepol deum virtute (dicam, pater) et maiorum et tua multa bona bene parta habemus: bene si amico feceris, ne pigeat fecisse: ut potius pudeat, si non feceris. De magnis divitiis si quid demas, plus fit an minus? Minus, pater: sed civi inmundi scin quid cantari solet?*

355 s.: *Deum virtute habemus et qui nosmet utamur, pater, et aliis qui comitati simus benevolentibus*

362: *Mentire adepol, gnate, atque id nunc facis haud consuetudine*

375 ss.: *Soror illist adulta virgo grandis: eam cupio, pater, ducere uxorem sine dote. Sine dote uxorem? Ita; tua re salva hoc pacto ab illo summam inibis gratiam, neque commodius ullo pacto ei poteris auxiliari. Egone indotatam te uxorem ut patiar? Patiundumst, pater: et eo pacto addideris nostrae lepidam famam familiae*

384 s.: *istac iudico: tibi permitto, posce, duce. Di te servassint mihi. Sed adde ad istam gratiam unum*

398 s.: *Suae senectuti is acriorem hiemem parat, quom illam inportunam tempestatem conciet*

402 s.: *Minus quindecim dies sunt, quom pro hisce aedibus minas quadraginta accepisti a Callicle*

415: *nisi tu immortale rere esse argentum tibi*

420 ss.: *Minas quadraginta accepisti a Callicle et ille aedis mancupio aps te accepit? Admodum. Pol, opino, adfinis noster aedis vendidit. Pater quom peregre veniet, in portast locus: nisi forte in ventrem filio conrepserit. Trapezitae mille drachumarum Olympico, quas de ratione dehibuisti, redditae. Nemp', quas sponpondi. Immo 'quas dependi' inquito, quas sponsione pronuper tute exactus es pro illo adolescente, quem tu esse aibas divitem*

434: *Edepol ne ego istum velim meum fieri servom cum suo peculio*

437 ss.: *Di duint tibi, Philto, quaequomque optes. Quid agit filius? Bene volt tibi. Edepol mutuom mecum facit. Nequam illud verbumst 'bene volt', nisi qui bene facit. Ego quoque volo esse liber; nequiquam volo. Hic postulet frugi esse; nugas postulet. Meus gnatus me ad te misit, inter te atque nos adfinitatem ut conciliarem et gratiam. Tuam volt sororem ducere uxorem: et mihi sententia eademst et volo*

447 ss.: *Homo ego sum, homo tu es: ita me amabit Iuppiter, neque te derisum advenio neque dignum puto. Verum hoc quod dixi, meus me oravit filius, ut tuam sororem poscerem uxorem sibi*

452 s.: *Cum vostra nostra non est aequa factio: adfinitatem vobis aliam quaerite. Satin tu's sanus mentis aut animi tui, qui condicionem hanc repudies?*

468 ss.: *si in aedem ad cenam veneris atque ibi opulentus tibi par forte obvenerit, adposita cena sit, popularem quam vocant, si illi congestae sint epulae a cluentibus, siquid tibi placeat quod illi congestum siet, edisne an incenatus cum opulento accubes?*

478 ss.: *Verecundari neminem apud mensam decet: nam ibi de divinis atque humanis cernitur. Rem fabulare. Non tibi dicam dolo: decedam ego illi de via, de semita, de honore populi: verum quod ad ventrem attinet, non hercle hoc longe, nisi me pugnis vicerit. Cena hac annonast sine sacris hereditas*

487 ss.: *Nunc condicionem hanc, quam ego fero et quam apse te peto, dare atque accipere, Lesbonice, te volo. Di divites sunt, deos decent opulentiae et factiones*

494 ss.: *censetur censu ad Accheruntem mortuos. Mirum quin tu illo tecum divitias feras: ubi mortuos sis, ita sis ut nomen cluet*

499 ss.: *sine dote posco tuam sororem filio. Quae res bene vortat – habeon pactam? quid taces? Pro di immortales, condicionem quouis modi. Quin fabulare – vin? - bene vortat: spondeo? Eheu, ubi usus nihil erat dicto, "spondeo" dicebat*

505 ss.: *Quom adfinitate vostra me arbitramini dignum, habeo vobis, Philto, magnam gratiam. Sed si haec res graviter cecidit*

stultitia mea, Philto, est ager sub urbe hic nobis: eum dabo dotem sorori; nam is de stultitiis meis solus superfit praeter vitam relicuos. Profecto dotem nil moror

518: *Arcano tibi ego hoc dico, ne ille ex te sciat neve alius quisquam*

520 ss.: *Per deos atque homines dico, ne tu illunc agrum tuom siris umquam fieri neque gnati tui: ei rei argumenta dicam. Audire edepol lubet. Primum omnium olim terra quom proscinditur, in quinto quoque sulco moriuntur boves. Apage. Accheruntis ostium in nostrost agro*

529 ss.: *Postid, frumenti quom alibi messis maxumast, tribus tantis illi minu' redit quam opseveris. Em istic oportet opseri mores malos, si in opserendo possint interfieri. Neque umquam quisquamst, quoius ille ager fuit quin pessume ei res vorterit. Quoium fuit, alii exulatum abierunt, alii emortui, alii se suspendere*

539 ss.: *Nam fulguritae sunt alternae arbores; sues moriuntur angina acerrume; oves scabrae sunt, tam glabrae, em, quam haec est manus. Tum autem Surorum, genus quod patientissimumst hominum, nemo exstat qui ibi sex menses vixerit: ita cuncti solstitiali morbo decidunt*

557 s.: *Dixisti arcano satis. Quin hicquidem cupit illum ab se abalienarier, si quem reperire possit, quoi os sublinat*

564 s.: *volt fieri liber, verum quod det non habet. Et ego esse locuples, verum nequiquam volo.*

569 s.: *De dote mecum convenire nil potes<t>: quid tibi lubet, tute agito cum nato meo. Nunc tuam sororem filio posco meo*

574 ss.: *di bene vortant: spondeo. Numquam edepol quoquam < tam > expectatus filius natus, quam illuc est spondeo natum mihi. Di fortunabunt vostra consilia*

580 s.: *I hac, Lesbonice, mecum, ut coram nuptiis dies constituatur: eadem haec confirmabimus*

584 ss.: *De dote ut videat quid <o>pus sit facto. I modo. Nam certumst sine dote haud dare. Quin tu i modo. Neque enim illi damno umquam esse patiar ... Abi modo. meam neglegentiam. I modo. Nullo modo> aequom videtur quin quod peccarim....*

591 ss.: *Di, vostram fidem, edepol re gesta pessume, gestam probe, si quidem ager nobis salvos est; etsi admodum in ambiguo est etiam nunc quid ea re fuat. Sed si alienatur, actumst de collo meo: gestandust peregre clupeus, galea, sarcina. Ecfugiet ex urbe, ubi erunt factae nuptiae; ibit istac aliquo in maxumam malam crucem, latrocinatum, aut in Asiam aut in Ciliciam*

ACTUS III

603 ss.: *Nostrum erilem filium Lesbonicum suam sororem despondisse: em, hoc modo. Quoi homini despondit? Lysiteli, Philtonis filio, sine dote. Sine dote ille illam in tantas divitias dabit?*

612: *Flagitium quidem hercle fiet, nisi dos dabitur virgini*

618: *utinam te redisse salvom videam, ut inimicos tuos
ulciscar<e> et mihi, ut erga te fui et sum, referas gratiam*

622: *Sed generum nostrum ire ec<c>illum video cum adfini suo*

626: *est lubido orationem audire duorum adfinium*

631: *Quid id est? Amico iniuriam*

638: *Nullum beneficium esse duco id, quod quoi facias non
placet*

642 ss.: *itan tandem hanc maiores famam tradiderunt tibi tui,
ut virtute eorum anteparta per flagitium perderes atque honori
posterorum tuorum ut vindex fieres? Tibi paterque avosque
facilem fecit et planam viam ad quaerendum honorem: tu fecisti
ut difficilis foret culpa maxume et desidia tuisque stultis moribus*

652 ss.: *Atque istum ego agrum tibi relinqui ob eam rem enixe
expeto, ut tibi sit qui te corrigere possis, ne omnino inopiam
cives obiectare possint tibi quos tu inimicos habes. Omnia ego
istaec quae tu dixisti scio, vel exsignavero, ut rem patriam et
gloriam maiorum foedarim meum. Scibam ut esse me deceret,
facere non quibam miser: ita vi Veneris victus, otio aptus in
fraudem incidi*

669: *atque is mores hominum moros et morosos ecfcit*

673: *Insanum [et] malumst in hospitium devorti ad Cupidinem*

680 ss.: *Sed tu obiurgans me a peccatis rapis deteriorem in
viam. Meam ut sororem tibi dem suades sine dote. Aha, non*

convenit me, qui abusus sum tantam rem patriam, porro in ditiis esse agrumque habere, egere illam autem, ut me merito oderit

686 ss.: *Tanto meliust te sororis causa egestatem exsequi atque eum agrum me habere quam te, tua qui toleres moenia? Nolo ego mihi te tam prospicere qui meam egestatem leves, sed ut inops infamis ne sim, ne mi hanc famam differant, me germanam meam sororem in concubinatum tibi, si sine dote <dem>, dedisse magi' quam in matrimonium. Quis me inprobior perhibeatur esse? haec famigeratio te honestet, me conlutulentet. Si sine dote duxeris, tibi sit emolumentum honoris, mihi quod obiectent siet. Quid? te dictatorem censes fore, si aps te agrum acceperim?*

699 ss.: *Id agis ut, ubi adfinitatem inter nos nostram astrinxeris atque eum agrum dederis ne<c> quicquam hic tibi sit qui vitam colas, ecfugias ex urbe inanis, profugus patriam deseras, cognatos, adfinitatem, amicos factis nuptiis*

708 ss.: *Etiam ob stultitiam tuam te curis multabo mina. Quid tibi interpellatio aut in consilium huc accessio est? Eodem pacto quo huc accessi apscessero*

713 ss.: *si mihi tua soror, ut ego aequom censeo, ita nuptum datur, sine dote, neque tu hinc abituru's, quod meum erit id erit tuom: sin aliter animatus es.. bene quod agas eveniat tibi! Ego amicus numquam tibi ero alio pacto. Sic sententia est*

722 ss.: *Ad aliquem regem in saginam erus sese coniciet meus: credo ad summos bellatores acrem... fugitorem fore, et*

capturum spolia ibi illum qui... ero advorsus venerit. Egomet autem quom extemplo arcum et pharetram et sagittas sumpsero, cassidem in caput, ... dormibo placide in tabernaculo. Ad forum ibo: nudius sextus quoi talentum mutuom dedi, repositam, ut habeam mecum quod feram viaticum

730 ss.: *nullo modo potest fieri prosus quin dos detur virgini. Namque hercle honeste fieri ferme non potest ut eam perpetiar ire in matrimonium sine dote, quom eius rem penes me habeam domi. Parata dos domist: nisi exspectare vis ut eam sine dote frater nuptum conlocet: post adeas tute Philtonem et dotem dare te ei dicas: facere id eius ob amicitiam patris. Verum hoc ego vereor ne istaec pollicitatio te in crimen populo ponat atque infamiam; non temere dicant te benignum virgini: datam tibi dotem, ei quam dares, eius a patre, ex ea largiri te illi, neque ita ut sit data incolumem te sistere illi, et detraxe autument*

754 ss.: *Quem fodere metuo, sonitum ne ille exaudiat, neu rem ipsam indaget, dotem dare si dixerim. Quo pacto ergo igitur clam dos depromi potest? Dum occasio ei <rei> reperiatur, interim ab amico alicunde mutuom argentum rogem*

761 s.: *“Mihi quidem hercle non est quod dem mutuom”. Malim hercle ut verum dicas quam ut des mutuom*

766: *quasi sit peregrinus. Quid is scit facere postea? Is homo exornetur graphice in peregrinum modum*

778 s.: *Seque aurum ferre virgini dotem a patre dicat patremque id iussisse aurum tibi dare*

782: *Tum tu igitur demum adulescenti aurum dabis, ubi erit locata virgo in matrimonium*

791: *Sescentae ad eam rem caussae possunt conligi*

ACTUS IV

820 ss.: *Salsipotenti et multipotenti Iovi' fratri et Nerei Neptuno laetus lubens laudes ago et gratis gratiasque habeo e<t> fluctibus salsis, quo<s> penes me<i> potestas, bonis mis quid foret et meae vitae, quom suis me<d> ex locis in patriam urbis cummam reducem faciunt. Atque ego, Neptune, tibi ante alios deos gratias ago atque habeo summas. Nam te omnes saevomque severumque atque avidis moribus commemorant*

829 ss.: *pauperibus te parcere solitum, dites damnare atque domare. Abi, laudo: scis ordine ut aequomst tractare homines: hoc dis dignumst*

832: *Fidus fuisti: infidum esse iterant*

836 s.: *imbres fluctusque atque procellae infensae frangere malum, ruere antemnas, scindere vela ni tua pax propitia foret praesto*

839: *satis partum habeo, quibus aerumnis deluctavi, filio dum divitias quaero*

844 ss.: *Huic ego diei, nomen Trinummo faciam: nam ego operam meam tribus nummis hodie locavi ad artis nugatorias. Advenio ex Seleucia, Macedonia, Asia atque Arabia, quas ego*

neque oculis nec pedibus umquam usurpavi meis. Viden egestas quid negoti dat homini misero mali? Quin ego nunc subigor trium nummum causa ut hasce epistulas dicam ab eo homine me accepisse, quem qui sit homo nescio neque novi neque natus necne is fuerit id solide scio

857 ss.: Ut ille me exornavit, ita sum ornatus: argentum hoc facit. Ipse ornamenta a chorago haec sumpsit suo periculo: nunc ego si potero ornamentis hominem circumducere, dabo operam ut me esse ipsum plane sycophantam sentiat

870 ss.: Aperite hoc, aperite. Heu<s>, ecquis his foribus tutelam gerit? Quid, adulescens, quaeris? quid vis? quid istas pultas? Heus, senex, census quom <sum> iuratori recte rationem dedi

876 s.: Meum gnatum hic quidem Lesbonicum quaerit et amicum meum quoi ego liberosque bonaque commendavi, Calliclem

882: et meum nomen et mea facta et itinera ego faxo scias

895: Teneo hunc manufactarium

903: E manibus dedit mi ipse in manus

912: Teneor manifesto miser

923 s.: Qui istum di perdant! Dixi ego iam dudum tibi: te potius bene dicere aequomst homini amico quam male

935: non illa ubi tus gignitur, sed ubi apsinthium fit ac cunila gallinacea

940 ss.: *ad caput amnis qui de caelo exoritur sub solio Iovis. Sub solio Iovis? Ita dico. E caelo? Atque <e> medio quidem. Eho, an etiam in caelum escendisti? Immo horiola advecti sumus usque aqua advorsa per amnem. Eho an tu etiam vidisti Iovem? Alii di<i>s<s>e ad villam aiebant servis depromptum cibum*

954 ss.: *An ille tam esset stultus qui mihi mille nummum crederet Philippum, quod me aurum deferre iussit ad gnatum suum atque ad amicum Calliclem, quoi rem aibat mandasse hic suam?*

959: *si hunc possum illo mille nummum Philippum ci<rc>umducere, quod sibi me dedisse dixit*

962: *Quoi, si capitis res sit, nummum umquam credam plumbeum*

965 ss.: *Atque etiam Philippum, numeratum illius in mensa manu, mille nummum. Nempe ab ipso id accepisti Charmide? Mirum quin ab avo eius aut proavo acciperem, qui sunt mortui. Adulescens, cedodum istuc aurum mihi. Quod ego aurum dem tibi?*

971: *Qui mille nummum tibi dedi, ego sum Charmides*

983: *Fassu's Charmidem dedisse aurum tibi. Scriptum quidem*

990: *vapulais meo arbitrato et novorum aedilium*

991: *di te perdant si te flocci facio an periisses prius*

995 ss.: *Ibo ad illum, renuntiabo qui mihi tris nummos dedit, ut sciat se perdidisse. Ego abeo. Male vive et vale: qui te di*

omnes advenientem peregre perdant, Charmides. Postquam ille hinc abiit, post loquendi libere videtur tempus venisse atque occasio

1002: *Nam epistula illa mihi concenturiat metum in corde et illud mille nummum, quam rem agat*

1024 ss.: *Ita me di ament, graphicum furem. Quid ego quod periit petam? Nisi etiam laborem ad damnum adponam epithecarn insuper*

1027 ss.: *Non fugitivost hic homo: commeminit domi. Utinam veteres homin<um mor>es, veteres parsimoniae potius <in> maiore honore hic essent quam mores mali. Di immortales, basilica hic quidem facinora inceptat loqui: vetera quaerit, vetera amare hunc more maiorum scias. Nam nunc mores nihil<i> faciunt quod licet nisi quod lubet. Ambitio iam more sanctast, liberast a legibus: scuta iacere fugereque hostis more habent licentiam: petere honorem pro flagitio more fit. Morem improbum. Strenu<os>os praeterire more fit. Nequam quidem. Mores leges perduxerunt iam in potestatem suam, magisque <is> sunt obnoxiosae quam parentes liberi<s>. Ea<e> miser<a>e etiam ad parietem sunt fixae clavis ferreis, ubi malos mores adfigi nimio fuerat aequius*

1043 ss.: *Neque isti<s> quicquam lege sanctumst: leges mori serviunt, mores autem rapere properant qua sacrum qua publicum. Hercle istis malam rem magnam moribus dignumst dari*

1048: *Male fidem servando illis quoque abrogat etiam fidem, qui nil meriti*

1051 s.: *Si quoi mutuom quid dederis, fit pro proprio perditum: quom repetas, inimicum amicum beneficio invenias tuo*

1055 ss.: *Meus est hicquidem Stasimus servos. Nam ego talentum mutuom quoi dederam, talento inimicum mi emi, amicum vendidi. Sed ego sum insipientior qui rebus curem publicis potius quam, id quod proximumst, meo tergo tutelam geram*

1061 ss.: *Emere meliust quoi imperes. Pol ego emi atque argentum dedi: sed si non dicto audiens est, quid ago? Da magnum malum. Bene mones: ita facere certumst. Nisi quidem es obnoxius. Si bonus es, obnoxius sum: sin secus es, faciam ut iubes*

1071: *Mare, terra, caelum, di, vostram fidem, satin ego oculis plane video?*

1077: *Di me salvom et servatum volunt*

1082 ss.: *Vendidit tuos gnatus aedis. Perii. Praesentariis argenti minis numeratis. Quot? Quadraginta. Occidi. Quis eas emit? Callicles, quoi tuam rem commendaveras*

1088 ss.: *capitali periclo per praedones plurimos me servavi, salv<o>s redii: nunc hic disperii miser propter eosdem quorum causa fui hac aetate exercitus*

1096: *Probo et fideli et fido et cum magna fide*

1100: *Ego dicam tibi: thensaurum ecfodiebam intus dotem filiae tuae quae daretur. Sed intus narrabo tibi et hoc et alia*

1110 ss.: *Hic meo ero amicu<s> solus firmus restitit neque demutavit animum de firma fide, quamquam labores multos *** ob rem laborem eum ego cepisse censeo. Sed hic unus, ut ego suspicor, servat fidem*

ACTUS V

1125 s.: *Neque fuit neque erit neque esse quemquam hominem in terra arbitror, quoi fides fidelitasque amicum erga aequiperet tuam*

1128 s.: *Si quid amicum erga bene feci aut consului fideliter, non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror*

1132: *Sed ego hoc nequeo mirari satis eum sororem despondisse suam in tam fortem familiam*

1135: *Familiam optumam occupavit*

1140: *Is mille nummum se aur<e>um meo datu tibi ferre et gnato Lesbonico aibat meo*

1142 ss.: *Meo adlegatu venit, quasi qui aurum mihi ferret aps te quod darem tuae gnatae dotem, ut filius tuos, quando illi a me darem, esse allatum id aps te crederet neu qui rem ipsam posset intellegere, thensaurum tuom me esse penes, atque eum me lege populi patrium posceret*

1153 ss.: *Di dent tibi, Lysiteles, quae velis. Non ego sum salutis dignus? Immo salve, Callicles. Hunc priorem aequomst me habere: tunica propior palliost. Deos volo consilia vostra <nostra> recte vortere. Filiam meam tibi desponsatam esse audio*

1157 ss.: *Sponden ergo tuam gnatam uxorem mihi? Spondeo et mille auri Philippum dotis. Dotem nil moror. Si illa tibi placet, placenda dos quoque est quam dat tibi*

1161 ss.: *Ius hic orat. Impetrabit te advocato atque arbitro. Istac lege filiam tuam sponden mi uxorem dari? Spondeo. Et ego spondeo itidem. Oh salvete adfines mei*

1173: *Miserumst male promerita, ut merita sunt, s<i> ulcisci non licet*

1178: *Recte: tuom patrem redisse salvom peregre gaudeo*

1180 ss.: *O pater, pater mi, salve. Salve multum, gnate mi. Si quid tibi, pater, laboris... Nihil evenit, ne time: bene re gesta salvos redeo. Si tu modo frugi esse vis, haec tibi pactast Calliclei filia. Ego ducam, pater, et eam et siquam aliam iubebis*

1186: *nam si pro peccatis centum ducat uxores, parumst*

1188: *Numquid causaest quin uxorem cras domum ducam? [Optumumst. [Licet]. Tu in perendinum paratus sis ut ducas*

Truculentus

Argumentum

4 ss.: *clam sibi supposuit clandestino editum. Vi magna servos est ac trucibus moribus, lupae ni rapiant domini parsimoniam*

10 s.: *utque illam ducat qui vitiatat convenit, suumque is repetit a meretrice subditum*

Prologus

7 s.: *Eu hercle! in vobis resident mores pristini, ad denegandum ut celeri lingua utamini*

12 s.: *Hic habitat mulier nomen cui est Phronesium; haec huius saeculi mores in se possidet*

16: *poscendo atque auferendo, ut mos est mulierum*

18: *Ea se peperisse puerum simulat militi*

ACTUS I

30 s.: *Di vostram fidem, hui! Quid peiierandum est etiam praeter munera. Primumdum merces annua; is primus bolust; ob eam tres noctes dantur*

45: *extemplo et ipsus periit et res et fides*

57 ss.: *Atque haec celamus nos clam nimia industria, quom rem fidemque nosque nosmet perdimus, ne qui parentes neu cognati sentiant. Quos quom celamus si faximus conscios, qui nostrae aetati tempestivo temperent, unde anteparta demus postpartoribus, faxim lenonum et scortorum plus <non> siet et minu' damnosorum hominum quam nunc sunt siet*

70 ss.: *Quos <e>quidem quam ad rem dicam in argentariis referre habere nisi pro tabulis nescio, ubi ae<ra> perscribantur usuraria - accepta dico, expensa ne qui censeat. Postremo id magno in populo multis hominibus, re placida atque otiosa,*

victis hostibus, amare oportet omnis qui quod dent habent

79 ss.: *Nam me fuisse huic fateor summum atque intumum, quod amantis multo pessimum est pecuniae. Eadem postquam alium repperit qui plus daret damnosiore, meo exinde immovit loco, quem antehac odiosum sibi esse memorabat mala, Babylonensem militem. Is nunc dicitur venturus peregre; eo nunc conmenta est dolum: peperisse simulat sese, ut me extrudat foras; eum esse simulat militem puero patrem; atque ut cum solo pergraecetur milite, eum isti suppositum puerum opus pessime*

91 ss.: *Nam ego Lemno advenio Athenas nudiu' tertius, legatus quo hinc cum publico inperio fui. Sed haec quidem eius Astaphium est ancillula; cum ea quoque etiam mihi fuit commercium*

98 s.: *Novi ego hominum mores; ita nunc adulescentes morati sunt*

103 s.: *Sin vident quempiam se adservare, obludiant qui custodem oblectent per ioculum et ludum*

106 s.: *Ibistibus pugnae et virtuti de praedonibus praedam capere. At ecastor nos rusum lepide referimus gratiam furibus nostris*

113: *Me illis quidem haec verberat verbis; nam ego huc bona mea degessi*

117 ss.: *Vobis qui multa bona esse vult. Dato, si esse vis. Faxo erunt; respice huc modo. Oh, enicas me miseram quisquis es*

127: *Peregre quoniam advenis, cena detur*

130: *Dic quo iter inceptas? quis est quem arcessis?*

132: *Manifesto mendaci, mala, teneo te*

141 ss.: *An tu te Veneris publicum aut Amoris alia lege habere posse postulas, quin otiosus fias? Illa, haud ego, habuit publicum: pervorse interpretaris. Nam advorsum legem meam ob meam scripturam pecudem cepit. Plerique idem quod tu facis faciunt rei male gerentes; ubi non est scripturam unde dent, incusant publicanos. Male vertit res pecuaria mihi apud vos; nunc vicissim volo habere aratiunculam pro copia hic apud vos. Non arvos hic, sed pascuost ager. Si <a>rationes habituris, qui arari solent, ad pueros ire meliust. Hunc nos habemus publicum, illi alii sunt publicani*

154: *Procaciores esti' vos, sed illi periuriores*

160: *quia qui alterum incusat probri, sumpse enitere oportet*

164 ss.: *Dum vivit, hominem noveris: ubi mortuost, quiescat. Te dum vivebas noveram. An me mortuom arbitrare? Qui potis [est], amabo, planius? qui antehac amator summus habitu's, nunc ad amicam venis querimonias referre. Vestra hercle factum iniuria quae properavistis olim. Rapere otiose oportuit, diu ut essem incolumis vobis. Amator similest oppidi hostilis. Quo argumento[st]? Quam primum expugnari potis [est], tam id optimum est amicae*

174 s.: *Non hercle <ego omnino> occidi; sunt mi etiam fundi et aedes. Qur, obsecro, e<r>go ante ostium pro ignoto alienoque astas?*

185: *Ut expectatus peregre advenisti! nam, opsecro, cupiebat te era videre*

193: *Peperisse audivi*

198 ss.: *Quid ais tu? quae numquam fuit praegnas, qui parere potuit? Nam equidem illi uterum, quod sciam, nunquam extumere sensi. Celabat metuebatque te, ne tu sibi persuaderes ut abortioni operam daret puerumque ut enicaret*

ACTUS II

213 s.: *Huic homini amanti mea era apud nos neniam dixit [de] bonis. Nam fundi et aedes obligatae sunt ob Amoris praedium*

220: *Nos divitem istum meminimus atque iste pauperes nos*

223: *Piaculumst miserere nos hominum rei male gerentum*

228 ss.: *profecto ei aut malum aut damnum dare. Numquam amatoris meretricem oportet caussam noscere, quin, ubi nil det, pro infrequente eum mittat militia domum*

239 ss.: *Nam ecastor numquam sati' dedit suae quisquam amicae amator, neque pol nos satis accepimus neque umquam ulla sati' poposcit. Nam quando sterilis est amator ab datis, si negat se habere quod det, soli credimus, nec satis accipimus, sati' quom quod det non habet. Semper datores novos oportet quaerere, qui de thensauris integris demus danunt*

254: *Ecquis huic tutelam ianuae gerit? ecquis intus exit?*

258: *Quid tibi ad hasce accessio aedis est prope aut pultatio?*

269 ss.: *Pudendum est vero clurinum pecus. Advenisti huc te ostentatum cum exornatis ossibus, quia tibi insuaso infecisti propudiosa pallulam?*

274 ss.: *Mancupion qui accipias, gestas tecum ahenos anulos? Pignus da ni lignae haec sunt quas habes Victorias. Ne attigas me. <Eg>o<n t>e tangam? Ita me amabit sarculum, ut ego me ruri amplexari mavelim patulam bovem, cumque ea noctem in stramentis pernoctare perpetim, quam tuas centum cenatas noctes mihi dono dari*

293: *quasi vero corpori reliqueris tuo potestatem coloris ulli capiendi, mala*

298 ss.: *Erilis noster filius apud vos Strabax ut pereat, ut eum inliciat in malam fraudem et probrum. Sanus si videare, dicam: "Dicis contumeliam". Nemo homo hic solet perire apud nos; res perdunt suas*

303 s.: *Quid maceria illa ait in horto quae est, quae in noctes singulas latere fit minor, qua is ad vos damni permensust viam? Nil mirum - vetus est maceria - lateres si veteres ruunt. Ain tu vero veteres lateres ruere?*

320: *Nunc ad eram revidebo. <Sed> eccum odium progreditur meum: tristis exit; hau convenit etiam hic dum Phronesium*

332: *Di me perduint qui te revocavi!*

337: *quasi volturii triduo priu' praedivinant quo die essuri sient*

344 ss.: *Verum nunc siqua mihi optigerit hereditas magna atque luculenta, nunc postquam scio dulce atque amarum quid sit ex pecunia, ita ego illam edepol servem itaque parce victitem, ut ... nulla faxim cis dies paucos siet. Ego istos qui nunc me culpant confutaverim*

372 ss.: *hoc tuis fortunis, Iuppiter, praestant meae. Dan savium? Immo vel decem. Em, istoc pauper es. Plus pollicere quam aps te posco aut postulo*

385: *Primumdum quom tu es aucta liberis quomque bene provenisti salva, gaudeo*

389 ss.: *Equidem neque peperit puerum neque praegnas fui, verum adsimulasse me esse praegnatem hau nego. Quem propter, o mea vita? Propter militem Babylonensem, qui quasi uxorem sibi me habebat anno, dum hic fuit*

399: *si quod peperissem id <non n>ecarem ac tollerem, bona sua med habiturum omnia [esse]*

402 ss.: *Mater ancillas iubet, quoniam iam decumus mensis adventat prope, aliam aliorsum ire, praemandare et quaerere puerum aut puellam qui supponatur mihi. Quid multa verba faciam? tonstricem Suram novisti nostram quaen erga aedem sese habet? Novi. Haec, ut opera circumit per familias, puerum vestigat, clanculum ad me detulit; datum sibi esse dixit. O mercis*

malae! Eum nunc non illa peperit quae peperit prior, sed tu posterior

416: *Ad suom quemque aequom est quaestum esse callidum*

423 s.: *[Quin] Dis hodie sacrificare pro puero volo, [adsido immo hercle vero] quinto die quod fieri op<or>tet*

426 s.: *Lucrum hercle videor facere mihi, voluptas mea, ubi quippiam me poscis. At ego ubi apstuli. Iam faxo hic aderit*

434 ss.: *Pro di immortales! non amantis mulieris, sed sociai unanimantis, fidentis fuit officium facere quod modo haec fecit mihi, suppositionem pueri quae mihi credidit, germanae quod sorori non credit soror*

444 s.: *iam modo ex hoc loco iubebo ad istam quinque perferri minas, praeterea opsonari dumtaxat mina*

455 ss.: *Quanta est cura in animo, quantum corde capio dolorem, dolus ne occidat morte pueri. Mater dicta quod sum, eo magis studeo vitae; quae hunc ausa sum tantundem dolum adgrediar. Lucri caussa avara probrum sum exsecuta, alienos dolores mihi suppositi*

464 ss.: *puerperio ego nunc med esse aegram adsimulo. Male quod mulier facere incepit, nisi <id> efficere perpetrat, id illi morbo, id illi seniost, ea illi miserae miseriast*

471 ss.: *Ego quod mala sum, matris opera mala sum et meapte malitia. Quae me gravidam esse adsimulavi militi Babylonio, eam nunc malitiam accuratam miles inveniast volo*

474 ss.: *nunc priu' praecaveo sciens eumque ornatum ut gravida quasi puerperio cubem. Date mi huc stactam atque ignem in aram, ut venerem Lucinam meam*

478: *Em, sic decet puerperam. Soleas mihi <de>duce, pallium inice in me huc, Archilis*

482 s.: *Ne expectetis, spectatores, meas pugnas dum praedicem; manibus duella praedicare soleo, haud in sermonibus*

486: *qui et convicti et condemnati falsis de pugnis sient*

489 ss.: *pluris est oculatus testis unus quam auriti decem. Qui audiunt audita dicunt, qui vident plane sciunt. Non placet quem scurrae laudant, manipulares mussitant, neque illi quorum lingua gladiatorum aciem praestringit domi. Strenui nimio plus prosunt populo quam argute cati. Facile sibi facunditatem virtus arguta<m> invenit: sine virtute argutum civem mihi habeam pro praefica*

497: *Nunc ad amicam decumo mense post Athenas Atticas viso, quam gravidam hic reliqui meo congressu, quid ea agat*

501: *Quoi adhuc ego tam mala eram monetrix, me maleficio vinceris? Peperit mulier, ut ego opinor*

505: *Scio; sed peperitne, opsecro, Phronesium? Peperit puerum nimium lepidum*

508: *Iam magnust? iamne iit ad legionem? <Ec>quae spolia rettulit?*

511: *Quid illi ex utero exitiost priu'quam poterat ire in proelium?*

515 ss.: *Mars peregre adveniens salutat Nerienem uxorem suam. Quom tu recte provenisti quomque es aucta liberis, gratulor, quom mihi tibi que magnum <pe>peristi decus. Salve, qui me interfecisti paene vita et lumine, vi<m>que mihi magni doloris per voluptatem tuam condidisti in corpus, quo nunc etiam morbo misera sum*

522 ss.: *filium peperisti, qui aedis spoliis opplebit tuas. Multo ecastor magis oppletis opust tritici granariis, ne, ille priu'quam spolia capiat, hic nos extinxit fames*

530 ss.: *Adduxi ancillas tibi eccas ex <S>uri<a> duas; is te dono. Adduce hoc tu istas. Sed istae reginae domi suae fuere ambae, verum <earum> patriam ego excidi manu*

544: *viginti minis venire illaec posse credo dona quae ei dono dedi*

551 s.: *Ite, ite hac simul, muli eri damnigeruli, foras gerrones, bonorum exagogae*

562: *quinque nummos mihi detraxi, partem Herculaneam*

566: *Haec quom video fieri, suffuror, suppilo, de praeda praedam capio*

572 ss.: *Velut haec meretrix meum erum miserum sua blanditia intulit in pauperiem, privabit bonis, luce, honore atque amicis. Attat! eccam adest propinque; credo audisse haec me loqui. Pallida est, ut peperit puerum*

588: *Bona fide? Tun me ais inpuidentem esse, ipsa quae sis stabulum flagiti?*

602: *Num, opsecro, nam hariolust, qui ipsus se verberat?*

612: *Meon [ero] tu, inprobe, ero malo dicere <nunc> audes, fons viti et peiuri?*

614 s.: *iam ego <te> hic agnum faciam et medium distruncabo. Si tu ad legionem bellator clues, at ego in culina clueo*

624: *Emoriere ocius, ni manu viceris. Quid? manu vicerim?*

626: *<Offatim> occidi optimum est*

628 ss.: *Sed verum <me> sinedum petere, siquidem belligerandum est tecum. Abo domum ego tecum, bellator, arbitrum aequom ceperim*

639 ss.: *Num quippiamst ita varium ut mores mulierum? Postquam filiolum peperit, animos sustulit*

643: *Ego faxo dicat me in diebus pauculis credum virum esse*

ACTUS III

645 ss.: *Rus mane dudum hinc ire me iussit pater, ut bubus glandem prandio depromerem. Post illoc quam veni adveni<t>, si dis placet, ad villam argentum meo qui debebat patri, qui ovis Tarentinas erat mercatus de patre*

654 ss.: *Ille abiit, ego propere minas ovis in crumina hac <huc> in urbem detuli. Fuit edepol Mars meo p<er>iratus patri, nam oves illius hau longe apsunt a lupis*

667: *Ita te quidem, qui es familiaris*

670: *nisi si clanculum conlapsus est hic in corruptelam suam*

677: *Novos omnis mores habeo, veteres perdidit*

689 ss.: *rabonem habeto, mecum ut hanc noctem sies. Perii, rabonem! Quam esse dicam hanc beluam? Quin tu arrabonem dicis? 'Ar' facio lucri, ut Praenestinis 'conea' est ciconia*

696 ss.: *I intro amabo, cedo manum. Tene. In tabernam ducor devorsoriam, ubi male accipiar mea mihi pecunia*

ACTUS IV

699 ss.: *Neque gnatus neque progignetur neque potes<t> reperirier, quoi ego nunc dictum aut factum melius quam <meae> Veneri velim. Di magni, ut ego laetus sum, ut laetitia differor!*

706: *Mea pila est; si repudiatur miles, mulier mecum erit*

725: *Integrum et plenum adortast thesaurum*

728 ss.: *Solus summam habet hic apud nos: nunc is est fundus novos. Animo bono male <re>m gerit. Perit hercle! ego idem bona perdidit, mala repperi; factus sum extumus a vobis. Stultus*

es, qui facta infecta facere verbis postules; Theti' quoque etiam lamentando pausam fecit filio

740: Dedi equidem hodie: <iussi> ei quinque argenti deferri minas, praeterea unam in opsonatum

742: Meane ut inimici mei bona istic caedant? Mortuom hercle me quam ut id patiar mavelim

748 ss.: Si volebas participari, auferres dimidium domum: nam item ut Accherunti hic ratio accepti scribitur: intro accipitur; quando acceptumst, non potest ferri foras

760 ss.: quae advorsum legem accepisti a plurumis pecuniam. Iam hercle apud no<vo>s omnis magistratus faxo erit nomen tuom. Postid ego te manum iniciam quadrupuli, venefica, suppostrix puerum

767 s.: Conceptis me non facturum verbis iurem, si velit. Nugae sunt; si stimulos pugnis caedis, manibus plus dolet

770 ss.: pro di immortales! Calliclem video senem, meu' qui adfinis fuit, ancillas duas constrictas ducere, alteram tonstricem huius, alteram ancillam suam

777 ss.: Rogitavi ego vos verberatas <am>bas pendentis simul. Commemini quo quicque pacto sitis confessae, scio. Hic nunc volo scire eodem pacto<n> sine malo fateamini

781 s.: ne duplicis habeatis linguas, ne ego bilinguis vos necem, nisi si ad tintinnaculos voltis vos educi viros

784: *At si verum mi eritis fassae, vinclis exsolvemini. Etiamnum quid sit negoti falsus incertusque sum, nisi quia timeo tamen egomet <quia> quod peccavi scio*

789 s.: *Quid puero factumst mea quem peperit filia, meo nepote? capita rerum expedite*

791: *Accepistin puerum tu ab hac? Accepi*

795: *Mea nunc facinora aperiuntur, clam quae speravi fore*

804: *quid illa quoi donatus <fecit>? Supposivit*

806 ss.: *Di, opsecro vostram fidem, ut facilius alia quam alia eundem puerum unum parit! Haec labore alieno puerum peperit sine doloribus. Puer quidem beatust; matres duas habet et avias duas*

811 s.: *vir illam, non mulier praegnatem fecit. [Et] Idem ego istuc scio. Tu bona ei custos fuisti*

819: *Res palam omnis est; meo illic nunc sunt capiti comitia*

821 ss.: *Loquere filiam meam quis integram stupraverit. Video ego te, propter male facta qui es patronus parieti. Neque vivos neque mortuos sum, ne<que> quid nunc faciam scio*

825 ss.: *Diniarchus, quoi illam priu' desponderas. Ubi is homost quem dicis? Adsum, Callicles. Per tua opsecro genua, ut tu istuc insipienter factum sapienter feras, mihi que ignoscas quod animi inpos vini vitio fecerim. Non placet. In mutum culpam confers, <qui non> quit loqui*

834 ss.: *Scio equidem quae nolo multa mihi audienda ob noxiam. Ego tibi me obnoxium esse fateor culpae compotem. Callicles, vide, quaeso, magnam <ne> facias iniuriam; reu' solutus caussam dicit, testis vinctos attines*

840 s.: *Eamus, tu, in ius. Quid vis in ius me ire? Tu es praetor mihi. Verum te opsecro ut tuam gnatam des mi uxorem, Callicles*

844 s.: *Nunc habeas ut nactu's. Verum hoc ego te multabo bolo; sex talenta magna dotis demam pro ista inscitia*

848: *Ego abeo. Iam illi remittam nuntium ad<fin>i meo; dicam ut aliam condicionem filio inveniat suo*

855: *si alia membra vino madeant, cor sit saltem sobrium*

859: *Video eccum qui <a>mans tutorem med optav<it su>is bonis*

864 ss.: *Di immortales ut planiloqua est, paucis ut rem ipsam attigit! Scio equidem sponsam tibi esse, et filium ex sponsa tua, et tibi uxorem ducendam iam, esse alibi iam animum tuom, ut <me> quasi pro derelicta sis habiturus*

874 ss.: *In rem mea<mst>. Triduum hoc saltem, dum aliquo miles circumducitur, sine me <habe>re. Siquid habebo, tibi quoque etiam proderit: si auferes [puerum], a milite omnis [tum] mihi spes animam efflaverit*

878 ss.: *Nunc puero utere et procura, quando pro cur<a a>es habes. Multum amo te ob istam rem, mecastor. Ubi domi*

metues malum, fugito huc ad me. Saltem amicus mihi esto manubiarius

ACTUS V

882: *Id quoque interatim furtim nomen commemorabitur*

893: *Ego minam auri fero supplicium damnas ad amicam meam*

900: *Ego, mea voluptas, siquid peccavi prius, supplicium hanc minam fero auri; si minu' credis, <res>pice*

911: *Tuo arbitrato quod iubebis dabitur; da nunc savium*

919: *Iam<ne> abis, postquam aurum habes?*

926: *Mortuum hercle me <ho>die satiust. Apstine hoc, mulier, manum, nisi si te mea manu vi in machaera et hunc vis mori*

935: *Dedin ego aurum. Mihi? dedisti filio cibaria. Nunc si hanc tecum esse speras, alia opust auri mina*

942 s.: *Campas dicit abavi consultam istuc mihi homo. Cave faxis: volnus tibi iam quoi sunt dentes ferrei*

946 ss.: *Dedi ego huic aurum. At ego argentum. At ego pallam et <pur>puram. At ego ovis et lanam et alia multa quae poscet dabo. Meliust te minis certare mecum quam minaciis*

950: *Stultus atque insanus damnis certant; nos salvae sumus*

952 ss.: *Em tibi; talentum argenti Philippi hic est; , tene tibi. Tanto melior. Noster esto, sed de vostro vivito. Ubi est*

quod tu das? Solve zonam, provocator; quid times? Tu peregrinu's, hic <ego> habito; non cum zona ego ambulo: pecua ad hanc collo in crumina ego obligata defero

961: *Verum utrique mos geratur amborum ex sententia. Fiat. Ut rem gnatam video, hoc accipiundumst quod datur*

964 ss.: *Lepide ecastor aucupavi atque ex mea sententia, meamque ut rem <vi>de<o> bene gestam, vostram rusum bene geram. Rem, amabo, siquis animatust facere, faciat ut sciam. Veneris causa adplaudite; eius haec in tutelast fabula*

Vidularia

Vs. 17

Hominem semel quem usurpavit servitus

Fragmenta I-IV

I: *Eiusdem Bacchae fecerunt nostram navem Pentheum*

II: *Inopiam, luctum, maerorem, paupertatem, algum, famem*

III: *Paupera haec res est*

Vs. 18-55

23 ss.: *Quid <t>u istuc curas? an mihi tutor additu's? Dare possum, opinor, sati' bonum operarium. Est tibi mercede servus quem des quispia<m>? Inopia servum Quid tu? locas <te?>.... nam quidem te ... itror*

40 ss.: *Si tibi pudico <homin>e est opus et non malo, qui ** sit quam servi tui, cibique minimi maxumaque industria, minime mendacem, em me licet conducere. Non edepol equidem credo mercennarium te esse*

50 ss.: *minus operis nilo faciat quam qui plurimum. Nec mihi nisi unum prandium quicquam duis praeter mercedem. Quid merendam? Ne duis, neque cena*

Fragmenta V-VI

V: *ego servabo, quasi sequestro detis; neutri reddibo*

VI: *Hau fugio sequestrum. donicum res diiudicata erit haec*

Vs. 56-91

56 s.: *Ibo et quaeram, siquem possim sociorum nanciscier, seu quem norim qui advocatus adsit*

58 ss.: *Hisc<e> in aedibus; huc adducito. At ego vidulum intro condam in arcam atque occludam probe. Tu siquem vis invenire tibi patronum, quaerita*

62: *Qur, malum, patronum quaeram, postquam litem perdidi?*

65 s.: *Verbero, illic inter mu<rtos> locust, in<de> insidias dedit. Tam scio quam me<d> hic stare. Captam praedam perdidi*

72: *Illic est adulescens quem tempe<st>as e mari*

83 ss.: *immo etiam argenti minam, quam me<d> oravisti ut darem tibi faenori, iam ego adferam ad te; faenus mihi nullum*

duis. Di tibi illum faxint filium salvom tuom, quom mihi vivam copiam inopi facis. Sed quin accedat faenus, id non postulo. Defaenerare hominem egentem hau decet. Quam ad redditurum te mihi dices diem, cave demutassis. Usque donec solvero

Fragmenta VII-XX

X: *Nunc apud sequestrum vidulum posivimus*

XII: *Iube hunc in culleo insui atque in altum deportari, si vis annonam bonam*

XIII: *Malo hunc adligari ad horiam, ut semper piscetur, etsi sit tempestas maxuma*

TERENZIO

Adelphoe

Prologus

4 s.: *indicio de se ipse erit: vos eritis iudices laudin an vitio duci factum oporteat*

12 s.: *pernoscite furtumne factum existumetis an locum reprehensum qui praeteritu' neglegentias*

ACTUS I

I

Micio

40: *atque ex me hic natu' non est sed ex fratre*

46: *uxorem duxit: nati filii duo; inde ego hunc maiorem adoptavi mihi*

50 ss.: *ille ut item contra me habeat facio sedulo: do praetermitto, non necesse habeo omnia pro meo iure agere*

59: *haec fratri mecum non conveniunt neque placent*

64 ss.: *nimum ipse est durus praeter aequomque et bonum, et errat longe mea quidem sententia qui imperium credat gravius esse aut stabilius vi quod fit quam illud quod amicitia adiungitur*

69 ss.: *malo coactu' qui suom officium facit, dum id rescitum iri credit, tantisper cavet; si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit*

74 ss.: *hoc patriumst, potiu' consuefacere filium sua sponte recte facere quam alieno metu: hoc pater ac dominus interest*

II

Demea Micio

85 s.: *quem neque pudet quicquam neque metuit quemquam neque legem putat tenere se ullam*

88 ss.: *fores effregit atque in aedis inruit alienas; ipsum dominum atque omnem familiam mulcavit usque ad mortem; eripuit mulierem quam amabat: clamant omnes indignissime factum esse*

94: *non fratrem videt rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?*

98 s.: *homine imperito numquam quicquam iniustiust, qui nisi quod ipse fecit nil rectum putat*

100 s.: *haec male iudicas. non est flagitium, mihi crede, adulescentulum scortari neque potare*

106: *iniuriumst*

111: *pro Iuppiter, tu homo adigi' me ad insaniam!*

114 ss.: *tuom filium dedisti adoptandum mihi; is meus est factu': siquid peccat, Demea, mihi peccat; ego illi maxumam partem fero. opsonat potat, olet unguenta: de meo; amat: dabitur a me argentum dum erit commodum; ubi non erit fortasse excludetur foras. fores effregit: restituentur; discidit vestem: resarcietur*

123 ss.: *postremo aut desine aut cedo quemvis arbitrum: te plura in hac re peccare ostendam. ei mihi, pater esse disce ab aliis qui vere sciunt. natura tu illi pater es, consiliis ego*

129 ss.: *curaest mihi. et mihi curaest. verum, Demea, curemus aequam uterque partem: tu alterum, ego item alterum; nam ambos curare propemodum reposcere illumst quem dedisti*

136: *an non credi'? repeto quem dedi?*

Micio

148: *etsi Aeschinus non nullam in hac re nobis facit iniuriam*

151: *dixit velle uxorem ducere*

ACTUS II

I

Sannio Aeschinus Parmeno (Bacchis)

160 ss.: *Aeschine, audi ne te ignarum fuisse dicas meorum morum: leno ego sum. scio. at ita ut usquam fuit fide quisquam optuma. tu quod te posteriu' purges hanc iniuriam mi nolle factam esse, hui(u)s non faciam. crede hoc, ego meum ius persequar neque tu verbis solves umquam quod mihi re male feceris. novi ego vostra haec: "nollem factum. iusiurandum dabitur te esse indignum iniuria hac", indignis quom egomet sim acceptus modis*

175 s.: *quid hoc reist? regnumne, Aeschine, hic tu possides? si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus*

179: *qui tibi magis licet meam habere pro qua ego argentum dedi? responde*

182 s.: *usque ad necem operiere loris. loris liber? sic erit. o hominem impurum! hicin libertatem aiunt esse aequam omnibus?*

187 ss.: *vah leno iniqua me non volt loqui. leno sum, fateor, pernicies communis adulescentium, periuru', pesti'; tamen tibi a me nulla est orta iniuria*

191 ss.: *minis viginti tu illam emisti (quae res tibi vortat male!): argenti tantum dabitur. quid si ego tibi illam nolo vendere? coges me? minime. namque id metui. neque vendundam censeo quae liberast: nam ego liberali illam adsero causa manu.*

nunc vide utrum vis, argentum accipere an causam meditari tuam

Sannio

196 ss.: *pro supreme Iuppiter, minime miror qui insanire occipiunt ex iniuria. domo me eripuit, verberavit; me invito abduxit meam (ob male facta haec tantidem emptam postulat sibi tradier)*

201 ss.: *suom ius postulat. age, iam cupio si modo argentum reddat. sed ego hoc hariolor: ubi me dixero dare tanti, testis faciet ilico vendidisse me; de argento - somnium. "mox, cras redi." id quoque possum ferre si modo reddat, quamquam iniuriumst*

207 s.: *accipiunda et mussitanda iniuria adolescentiumst. sed nemo dabit: frustra egomet mecum has rationes puto*

II

Syrus Sannio

212 ss.: *ego vapulando, ill' verberando, usque ambo defessi sumus. tua culpa. quid agerem? adolescenti morem gestum oportuit. qui potui meliu' qui hodie usque os praebui? age, scis quid loquar: pecuniam in loco neglegere maxumum interdumst lucrum. hui metuisti, si nunc de tuo iure concessisses paululum atque adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime, ne non tibi istuc feneraret? ego spem pretio non emo*

223: *quasi iam usquam tibi sint viginti minae dum huic obsequare*

225: *coemisse hinc quae illuc veheres multa, navem conductam: hoc, scio, animu' tibi pendet*

229 ss.: *emptae mulieres complures et item hinc alia quae porto Cyprum. nisi eo ad mercatum venio, damnum maxumumst. nunc si hoc omitto -, actum agam ubi illinc rediero; nil est; refrixerit res*

235 s.: *ut sit satius perdere quam hic nunc manere tam diu aut tum persequi. iamne enumerasti quod ad te rediturum putes?*

240 ss.: *potius quam venias in periculum, Sannio, servesne an perdas totum, dividuom face; minas decem conradet alicunde. ei mihi, etiam de sorte nunc venio in dubium miser?*

246: *etiam insuper defraudet?*

248 s.: *utut haec sunt acta, potiu' quam litis sequar, meum mihi reddatur saltem quanti emptast, Syre*

III

Ctesipho Sannio Syrus

255: *verum enimvero id demum iuvat si quem aequomst facere is bene facit*

263: *maledicta famam meum laborem et peccatum in se transtulit*

IV

Aeschinus Ctesipho Syrus Sannio

265: *Ubi est ill' sacrilegus?*

275: *tam ob parvolam rem paene e patria! turpe dictu. deos quaeso ut istaec prohibeant. peccavi*

277: *ego ad forum ibo ut hunc absolvam*

279: *reddetur; ne time. at ut omne reddat. omne reddet*

281 s.: *obsecro hercle te, hominem istum impurissimum quam primum absolvitote*

286: *ego iam transacta re convortam me domum cum opsonio*

ACTUS III

I

Sostrata Canthara

290: *iam nunc times, quasi numquam adfueris, numquam tute pepereris?*

296 ss.: *quod ad illum attinet potissimum, talem, tali genere atque animo, natum ex tanta familia. ita pol est ut dici': salvo' nobis deos quaeso ut siet*

II

Geta Sostrata Canthara

303 s.: *vis egestas iniustitia solitudo infamia. hoccin saeclum! o scelera, o genera sacrilega, o hominem impium!*

306 s.: *quem neque fides neque iusiurandum neque illum misericordia repressit neque reflexit neque quod partus instabat prope quoi miserae indigne per vim vitium obtulerat*

311: *nil est quod malim quam illam totam familiam dari mihi obviam*

313: *satis mihi id habeam supplici dum illos ulciscar modo*

326: *alienus est ab nostra familia*

328: *ab lenone ipsus eripuit palam*

331 ss.: *nostram vitam omnium, in quo nostrae spes opesque omnes sitae erant? qui sine hac iurabat se unum numquam victurum diem? qui se in sui gremio positurum puerum dicebat patris, ita obsecraturum ut liceret hanc sibi uxorem ducere?*

339 s.: *nunc si hoc palam proferimus ille infitias ibit, sat scio: tua fama et gnatae vita in dubium veniet*

341 s.: *tum si maxume fateatur, quom amat aliam, non est utile hanc illi dari. quapropter quoquo pacto tacitost opus*

345 ss.: *primum indotatast; tum praeterea, quae secunda ei dos erat, periit: pro virgini dari nuptum non potest. hoc relicuomst: si infitias ibit, testi' mecum est anulus quem miserat. postremo, quando ego conscia mihi sum a me culpam esse hanc procul neque pretium neque rem ullam intercessisse illa aut me indignam, Geta, experiar*

350 s.: *abi atque Hegioni cognato huiu' rem enarrato omnem ordine*

III

Demea Syrus Dromo

355: *Disperii! Ctesiphonem audivi filium una fuisse in raptione cum Aeschino*

369 s.: *argentum adnumeravit ilico; dedit praeterea in sumptum dimidium minae*

372: *huic mandes si quid recte curatum velis!*

382 ss.: *di vostra fidem, utrum studione id sibi habet an laudi putat fore si perdiderit gnatum? vae misero mihi! videre videor iam diem illum quom hinc egens profugiet aliquo militatum*

390: *inepta lenitas patris et facilitas prava*

404: *adortust iurgio fratrem apud forum de psaltria ista[c]*

406: *nam ut numerabatur forte argentum, intervenit homo de improvise*

410 s.: *non tu hoc argentum perdi' sed vitam tuam. salvos sit! spero, est simili' maiorum suom*

Demea

438: *estne Hegio tribuli' noster?*

440 ss.: *o di boni, ne illius modi iam magna nobis civium penuriast, homo antiqua virtute ac fide! haud cito mali quid*

ortum ex hoc sit publice. quam gaudeo! ubi etiam huius generis reliquias restare video

IV

Hegio Demea Geta (Pamphila)

447 ss.: Pro di immortales, facinus indignum, Geta! quid narras! sic est factum. ex illan familia tam inliberale facinus esse ortum!

454 ss.: nisi facient quae illos aequomst, haud sic auferent. in te spes omnis, Hegio, nobis sitast: te solum habemu', tu es patronu', tu pater: ille tibi moriens nos commendavit senex

462 s.: maior filius tuos Aeschinus, quem fratri adoptandum dedisti, neque boni neque liberalis functus officiumst viri

466: filiam eius virginem vitiavit

473 ss.: fidem dans, iurans se illam ducturum domum. ignotumst tacitumst cerditumst. virgo ex eo compressu grvida factast (mensi' [hic] decumus est); ill' bonus vir nobis psaltriam, si dis placet, paravit quicum vivat, illam deserit

479 ss.: mater virginis in mediost, ipsa virgo, res ipsa, hic Geta praeterea, ut captus[es]t servolorum, non malus neque iners: alit illas, solus omnem familiam sustentat

484: postremo non negabit: coram ipsum cedo

487 ss.: luno Lucina, fer opem! serva me obsecro! hem numnam illa quaeso parturit? certe, Hegio. em illaec fidem nunc vostram

inplorat, Demea: quod vos vis cogit id voluntate impetret. haec primum ut fiant deos quaeso ut vobis decet

494 s.: cognatu' mihi erat; una a pueris parvolis sumus educ[ati]; una semper militiae et domi fuimus; paupertatem una pertulimus gravem

501 ss.: quam vos facillime agiti', quam estis maxume potentes dites fortunati nobiles, tam maxume vos aequo animo aequa noscere oportet, si vos volti' perhiberi probos. redito: fient quae fieri aequomst omnia

V

Hegio

514: si est facturus ut sit officium suum, faciat

ACTUS IV

I

Ctesipho Syrus

529: cliens amicus hospes nemo est vobis?

535: facio te apud illum deum; virtutes narro

II

Demea Ctesipho Syrus

541: praeterea autem, dum illum quaero, a villa mercennarium vidi: is filium negat esse rure

549: nunc redeo, si forte frater redierit viso

558: *Ctesipho me pugnīs miserum et istam psaltriam usque occidit*

559: *me impulsore hanc emptam esse ait*

562 ss.: *non puduisse verberare hominem senem! quem ego modo puerum tantillum in manibū gestavi meis. laudo: Ctesipho, patrissas: abi, virum te iudico*

566 ss.: *perquam, quia miseram mulierem et me servolum, qui referire non audebam, vicit: hui perfortiter. non potuit melius. idem quod ego sensit te esse huic rei caput*

571: *at nomen nescio illi(u)s homini', sed locum novi ubi sit*

585: *lectulos - in sole - ilignis pedibū faciundos dedit*

III

Micio Hegio

593: *meum officium facio, quod peccatum a nobis ortumst corrigo*

595: *sibi fieri iniuriam ultro si quam fecere ipsi expostules, et ultro accusant*

601: *si ita aequom censes aut si ita opus est facto, eamu'*

603: *et tuo officio fueri' functu'*

IV
Aeschinus

616: *Sostrata credit mihi me psaltriam hanc emisse; id anus mi indicium fecit*

621: *sati' diu dedisti verba, sat adhuc tua nos frustratast fides*

623 ss.: *sensi ilico id illas suspicari, sed me reprehendi tamen nequid de fratre garrulae illi dicerem ac fieret palam. nunc quid faciam? dicam fratris esse hanc?*

628 s.: *egomet rapui ipse; egomet solvi argentum, ad me abductast domum. haec adeo mea culpa fateor fieri: non me hanc rem patri, utut erat gesta, indicasse. exorasset ut eam ducerem*

V
Micio Aeschinus

640: *melius est, quandoquidem hoc numquam mihi ipse voluit credere*

645: *amicu' quidam me a foro abduxit modo huc - advocatum sibi. quid? ego dicam tibi: habitant hic quaedam mulieres pauperculae*

649 ss.: *virgo est cum matre. perge. haec virgo orbast patre; hic meus amicus illi genere est proximus: huic leges cogunt nubere hanc. perii!*

653 s.: *is venit ut secum avehat, nam habitat Mileti. hem virginem ut secum avehat?*

657 ss.: *commenta mater est esse ex alio viro nescioquo puerum natum, neque eum nominat; priorem esse illum, non oportere huic dari. eho nonne haec iusta tibi videntur postea? non. obsecro non? an illam hinc abducet, pater?*

663 s.: *factum a vobis duriter inmisericorditerque atque etiam, si est, pater, dicendum magis aperte, inliberaliter*

669 ss.: *facinus indignum, pater! qua ratione istuc? quis despondit? quis dedit? quoi quando nupsit? auctor his rebus quis est? quor duxit alienam? an sedere oportuit domi virginem tam grandem dum cognatus huc illim veniret expectantem? haec, mi pater, te dicere aequom fuit et id defendere. ridiculum! advorsumne illum causam dicerem quoi veneram advocatu'?*

682 s.: *ut me hoc delictum admisisse in me, id mihi vehementer dolet et me tui pudet*

685 ss.: *in qua civitate tandem te arbitrare vivere? virginem vitiasti quam te non ius fuerat tangere. iam id peccatum primum sane magnum, at humanum tamen*

693 s.: *credebas dormienti haec tibi confecturos deos? et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum?*

696: *bono animo es, duces uxorem. Hem. bono animo es inquam*

699: *abi domum ac deos conprecare ut uxorem accersas: abi. quid? iam uxorem?*

704 ss.: *tu potius deos conprecare; nam tibi eos certo scio, quo vir melior multo es quam ego, obtemperaturos magis. ego eo intro ut quae opu' sunt parentur*

707 s.: *hoc est patrem esse aut hoc est filium esse? si frater aut sodalis esset, qui mage morem gereret?*

712: *sed cesso ire intro, ne morae meis nuptiis egomet siem?*

VI
Demea

716: *neque illi fabrica ulla erat nec fratrem homo vidisse se aibat quisquam*

VII
Micio Demea

723: *nova, capitalia*

724: *hoc peccatum in virginemst civem*

727 s.: *puer natust. di bene vortant! virgo nil habet. audivi. et ducenda indotatast*

730 s.: *illinc huc transferetur virgo. o Iuppiter, istocin pacto oportet?*

735: *quin iam virginem despondi; res compositast; fiunt nuptiae*

742 ss.: *nemp' tua arte viginti minae pro psaltria periere: quae quantum potest aliquo abiciundast, si non pretio at gratiis. neque est neque illam sane studeo vendere*

747: *pro divom fidem! meretrix et mater familias una in domo?*

751: *et nova nupta eadem haec discet?*

756: *atque ita uti decet hilarum ac lubentem fac te gnati in nuptiis*

758: *o Iuppiter, hancin vitam! hoscin mores! hanc dementiam! uxor sine dote veniet*

761: *ipsa si cupiat Salus, servare prorsu' non potest hanc familiam*

ACTUS V

I

Syrus Demea

763 s.: *Edepol, Syrisce, te curasti molliter lauteque munus administrasti tuom*

770: *tun si meus esses, dis quidem esses, Demea, ac tuam rem constabilisses*

773: *in ipsa turba atque in peccato maxumo, quod vix sedatum satis est, potatis, scelus, quasi re bene gesta*

II

Dromo Syrus Demea

781: *non manum abstines, mastigia? an tibi iam mavis cerebrum dispergam hic?*

III

Micio Demea

792 s.: *paratae lites, succurrendumst. eccum adest communi' corruptela nostrum liberum*

796 s.: *dictum hoc inter nos fuit (ex te adeo ortumst) ne tu curares meum neve ego tuom? responde*

799 ss.: *quor recipis meum? quor emis amicam, Micio? numqui minus mihi idem ius aequomst esse? quid mecumst tibi? quando ego tuom non curo, ne cura meum. non aequom dici'*

804: *communia esse amicorum inter se omnia*

809 ss.: *tu illos duo olim pro re tolerabas tua, quod sati' putabas tua bona ambobus fore, et me tum uxorem credidisti scilicet ducturum. eandem illam rationem antiquam optine: conserva quaere parce, fac quam plurimum illis relinquant, gloriam tu istam optine. mea, quae praeter spem evenere, utantur sine. de summa nil decedet: quod hinc accesserit id de lucro putato esse omne*

819: *mitto rem: consuetudinem amborum*

824 s.: *"hoc licet inpune facere huic, illi non licet", non quo dissimili' res sit, sed quo is qui facit*

837: *et tuos iste animus aequo' subvortat*

843 s.: *pugnaveris: eo pacto prorsum illi adligaris filium*

IV

Demea

855 ss.: *Numquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit quin res aetas usu' semper aliquid adportet novi, aliquid moneat: ut illa quae te scisse credas nescias, et quae tibi putaris prima, in experiundo ut repudies*

867: *duxi uxorem: quam ibi miseriam vidi! nati filii: alia cura*

871 s.: *ille alter sine labore patria potitur commoda. illum amant, me fugitant; illi credunt consilia omnia*

V

Syrus Demea

886: *servom haud inliberalem praebes te, et tibi lubens bene faxim*

VI

Geta Demea <Syrus>

891 s.: *Geta, hominem maxumi preti te esse hodie iudicavi animo meo. nam is mihi profectost servo' spectatus satis quoi dominu' curaest*

898: *paullatim plebem primulum facio meam*

VII

Aeschinus Demea Syrus Geta

899 s.: *Occidunt me quidem dum nimi' sanctas nuptias student facere: in adparando consumunt diem*

902 ss.: *tuos hercle vero et animo et natura pater, qui te amat plus quam hosce oculos. sed quor non domum uxorem accersi'?*

909: *transduce et matrem et familiam omnem ad nos*

915: *iube nunciam dinumeret illi Babylo viginti minas*

917 s.: *di tibi, Demea, bene faciant, quom te video nostrae familiae tam ex animo factum velle*

VIII

Micio Demea Aeschinus

925 s.: *ego vero iubeo et hac re et aliis omnibus quam maxume unam facere nos hanc familiam, colere adiuuare adiungere*

929: *primum hui(u)s uxoris mater*

933: *hanc te aequomst ducere, et te operam ut fiat dare. me ducere autem?*

937 ss.: *insanis: aufer. age, da veniam filio. satin sanus es? ego novo' maritus anno demum quinto et sexagensimo fiam atque anum decrepitam ducam? idne estis auctores mihi? Fac<e>: promisi ego illis. promisti autem? de te largitor, puer*

942: *fac, promitte. non omittitis? Non, nisi te exorem*

947: *Hegio - est his cognatu' proximus adfini' nobis, pauper*

948: *agellist hic sub urbe paullum quod locitas foras: huic demu' qui fruatur*

950 s.: *si multumst, tamen faciundumst: pro patre huic est, bonus est, noster est; recte datur*

953: *vitium commune omniumst quod nimium ad rem in senecta adtenti sumus?*

956 s.: *nunc tu germanu's pariter animo et corpore (suo sibi gladio hunc iugulo)*

IX

Syrus Demea Micio Aeschinus

958 ss.: *Factumst quod iussisti, Demea. frugi homo's. ergo edepol hodie mea quidem sententia iudico Syrum fieri esse aequom liberum. istunc liberum? quodnam ob factum? multa. o noster Demea, edepol vir bonu's. ego istos vobis usque a pueris curavi ambo sedulo: docui monui bene praecepi semper quae potui omnia*

964: *opsonare cum fide, scortum adducere, adparare de die convivium*

967 s.: *postremo hodie in psaltria hac emunda hic adiutor fuit, hic curavit: prodesse aequomst*

969: *siquidem hoc volti': Syre, eho accede huc ad me: liber esto*

972 ss.: *utinam hoc perpetuom fiat gaudium, Phrygiam ut uxorem meam una mecum videam liberam! optumam quidem mulierem. et quidem tuo nepoti hui(u)s filio hodie prima mammam dedit haec. hercle vero serio, siquidem prima dedit, haud dubiumst quin emitti aequom siet*

977: *postremo a me argentum quantist sumito. di tibi, Demea, omnes semper omnia optata offerant!*

980 ss.: *siquidem porro, Micio, tu tuom officium facies atque huic aliquid paullum prae manu dederis, unde utatur, reddet tibi cito. istoc vilius. frugi homost. reddam hercle; da modo*

984: *Quae res tam repente mores mutavit tuos?*

986 s.: *quod te isti facilem et festivom putant, id non fieri ex vera vita neque adeo ex aequo et bono*

990 s.: *quia non iusta iniusta, prorsus omnia omnino obsequor, missa facio: effundite emite, facite quod vobis lubet*

996: *sed de fratre quid fiet? sino: habeat: in istac finem faciat. istuc recte*

Andria

Prologus

18 ss.: *qui quom hunc accusant, Naevium Plautum Ennium accusant quos hic noster auctores habet, quorum aemulari*

exoptat negligentiam potius quam istorum obscuram diligentiam

ACTUS I

I

Simo Sosia

29: *nempe ut curentur recte haec?*

32 s.: *nil istac opus est arte ad hanc rem quam paro, sed eis quas semper in te intellexi sitas, fide et taciturnitate*

35 ss.: *ego postquam te emi, a parvulo ut semper tibi apud me iusta et clemens fuerit servitus scis. feci ex servo ut esses libertus mihi, propterea quod servibas liberaliter: quod habui summum pretium persolvi tibi*

47 ss.: *quas credis esse has non sunt verae nuptiae. quor simulas igitur? rem omnem a principio audies: eo pacto et gnati vitam et consilium meum cognosces et quid facere in hac re te velim. nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia, <et> liberius vivendi fuit potestas*

60 s.: *non iniuria: nam id arbitror adprime in vita esse utile, ut nequid nimis*

69 s.: *interea mulier quaedam abhinc triennium ex Andro commigravit huc viciniae, inopia et cognatorum negligentia coacta*

76 ss.: *sed postquam amans accessit pretium pollicens unus et item alter, ita ut ingeniumst omnium hominum ab labore*

*proclive ad lubidinem, accepit condicionem, de(h)inc
quaestum occipit*

82: *certe captus est, habet*

88: *symbolam dedit, cenavit*

99 ss.: *hac fama impulsus Chremes ultro ad me venit, unicam
gnatam suam cum dote summa filio uxorem ut daret. Placuit:
despondi. hic nuptiis dictust dies*

113 s.: *haec ego putabam esse omnia humani ingeni
mansuetique animi officia*

128 ss.: *funus interim procedit: sequimur; ad sepulcrum
venimus; in ignem impositast; fletur. interea haec soror quam
dixi ad flammam accessit imprudentius, sati' cum periclo*

138: *nec satis ad obiurgandum causae*

142: *nam si illum obiurges vitae qui auxilium tulit, quid facias
illi qui dederit damnum aut malum?*

145 s.: *comperisse Pamphilum pro uxore habere hanc
peregrinam. ego illud sedulo negare factum*

148: *denique ita tum discedo ab illo, ut qui se filiam neget
daturum*

149: *ne haec quidem sati' vehemens causa ad obiurgandum*

152: *prope adest quom alieno more vivendumst mihi*

154 ss.: *qui igitur relictus est obiurgandi locus? si propter amorem uxorem nolet ducere: ea primum ab illo animum advortenda iniuriast; et nunc id operam do, ut per falsas nuptias vera obiurgandi causa sit, si deneget*

161 ss.: *quem ego credo manibu' pedibu'que obnixe omnia facturum, magis id adeo mihi ut incommodet quam ut obsequatur gnato*

168 ss.: *nunc tuomst officium has bene ut adsimules nuptias, perterrefacias Davom, observes filium quid agat, quid cum illo consili captet. sat est: curabo*

II

Simo Davos

172 ss.: *Non dubiumst quin uxorem nolit filius; ita Davom modo timere sensi, ubi nuptias futuras esse audivit*

177: *qui postquam audierat non datum iri filio uxorem suo, numquam quoiquam nostrum verbum fecit neque id aegre tulit*

182: *ne esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias*

189 s.: *nunc hic dies aliam vitam defert, alios mores postulat: de(h)inc postulo sive aequomst te oro, Dave, ut redeat iam in viam. hoc quid sit? omnes qui amant graviter sibi dari uxorem ferunt*

196 ss.: *si sensero hodie quicquam in his te nuptiis fallaciae conari quo fiant minus, aut velle in ea re ostendi quam sis callidus, verberibu' caesum te in pistrinum, Dave, dedam usque*

ad necem, ea lege atque omine ut, si te inde exemerim, ego pro te molam

204 s.: *sed dico tibi: ne temere facias; neque tu haud dicas tibi non praedictum: cave!*

III
Davos

207: *quantum intellexi modo senis sententiam de nuptiis*

212 ss.: *me infensu' servat nequam faciam in nuptiis fallaciam. si senserit, perii: aut si lubitum fuerit, causam ceperit quo iure quaque iniuria praecipitem [me] in pistrinum dabit*

216: *si[ve] ista uxor sive amicast, gravida e Pamphilost*

219 ss.: *quidquid peperisset decreverunt tollere. et fingunt quandam inter se nunc fallaciam civem Atticam esse hanc*

IV
Mysis

230: *nec sati' digna quoi committas primo partu mulierem*

232 s.: *di, date facultatem obsecro huic pariundi atque illi in aliis potiu' peccandi locum*

V
Pamphilus Mysis

236: *Hoccinest humanum factu aut inceptu? hoccinest officium patris?*

237 ss.: *pro deum fidem quid est, si haec non contumeliast? uxorem decrerat dare sese mihi hodie: nonne oportuit praescisse me ante? nonne prius communicatum oportuit?*

241 s.: *Chremes, qui denegarat se commissurum mihi gnatam suam uxorem, id mutavit quia me inmutatum videt?*

246 ss.: *pro deum atque hominum fidem! nullon ego Chremeti' pacto adfinitatem effugere potero? quot modis contemptu' spreu! facta transacta omnia. hem repudiatu' repeto: quam ob rem? nisi si id est quod suspicor: aliquid monstri alunt*

254: *uxor tibi ducendast, Pamphile, hodie*

255: *abi cito ac suspende te*

260 ss.: *tot me inpediunt curae, quae meum animum divorsae trahunt: amor, misericordia huiu', nuptiarum sollicitatio, tum patri' pudor, qui me tam leni passus est animo usque adhuc quae meo quomque animo lubitumst facere*

267: *dum in dubiost animu', paullo momento huc vel illuc impellitur*

268 s.: *diem quia olim in hunc sunt constitutae nuptiae*

272 s.: *quae mihi suom animum atque omnem vitam credidit, quam ego animo egregie caram pro uxore habuerim?*

276 ss.: *haud verear si in te solo sit situm; sed vim ut queas ferre. adeon me ignavom putas, adeon porro ingratum aut*

*inhumanum aut ferum, ut neque me consuetudo neque amor
neque pudor commoveat neque commoneat ut servem fidem?*

*286 ss.: mi Pamphile, huius formam atque aetatem vides, nec
clam te est quam illi nunc utraeque inutiles et ad pudicitiam et
ad rem tutandam sient. quod ego per hanc te dexteram [oro]
et genium tuum, per tuam fidem perque huius solitudinem te
obtestor ne abs te hanc segregas neu deseras*

*295 ss.: te isti virum do, amicam tutorem patrem; bona nostra
haec tibi permitto et tuae mando fide[i]. hanc mi in manum
dat; mors continuo ipsam occupat. accepi: acceptam servabo.
ita spero quidem*

300: verbum unum cave de nuptiis, ne ad morbum hoc etiam...

ACTUS II

I

Charinus Byrria Pamphilus

301: daturne illa Pamphilo hodie nuptum?

313: credo impetrabo ut aliquot saltem nuptiis prodat dies

*315: si nil impetres, ut te arbitretur sibi paratum moechum, si
illam duxerit*

321: hodie uxorem ducis?

324: sponsam hic tuam amat

*326: nunc te per amicitiam et per amorem obsecro, principio
ut ne ducas*

328: *sed si id non potest aut tibi nuptiae hae sunt cordi, cordi!*

330 ss.: *ego, Charine, ne utiquam officium liberi esse hominis puto, quom is nil mereat, postulare id gratiae adponi sibi. nuptias effugere ego istas malo quam tu adipiscier*

333: *facite fingite invenite efficite qui detur tibi*

II

Davos Charinus Pamphilus

338: *Di boni, boni quid porto?*

341: *si iam audierit sibi paratas nuptias...*

349: *id paves ne ducas tu illam; tu autem ut ducas*

352 ss.: *uxorem tibi non dat iam Chremes. qui scis? scio. tuo' pater modo meprehendit: ait tibi uxorem dare hodie*

360: *de inproviso nuptiae: non cohaerent*

363 ss.: *interea intro ire neminem video, exire neminem; matronam nullam in aedibus, nil ornati, nil tumulti: accessi; intro aspexi. scio: magnum signum. num videntur convenire haec nuptiis?*

371: *nempe huic prorsus illam non dat. ridiculum caput, quasi necesse sit, si huic non dat, te illam uxorem ducere*

III

Pamphilus Davos

376 ss.: *si id suscenseat nunc quia non det tibi uxorem Chremes, ipsu' sibi esse iniuriu' videatur, neque id iniuria, priu' quam tuom ut sese habeat animum ad nuptias perspexerit: sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet*

381 s.: *dictum [ac] factum invenerit aliquam causam quam ob rem eiciat oppido. eiciat? cito*

387 ss.: *dicturum patrem "ducas volo hodie uxorem"; tu "ducam" inquires: cedo quid iurgabit tecum?*

391: *nam hoc haud dubiumst quin Chremes tibi non det gnata*

394 s.: *tibi iure irasci non queat. nam quod tu speres "propulsabo facile uxorem his moribus; dabit nemo"*

397: *sed si te aequo animo ferre accipiet, negligentem feceris*

400 ss.: *puerum autem ne resciscat mihi esse ex illa cautiost; nam pollicitus sum suscepturum. o facinus audax! hanc fidem sibi me obsecravit, qui se sciret non deserturum, ut darem*

IV

Simo Davos Pamphilus

405: *hic nunc non dubitat quin te ducturum neges*

411: *numquam hodie tecum commutaturum patrem unum esse verbum, si te dices ducere*

V

Byrria Simo Davos Pamphilus

412 s.: *Eru' me relictis redu' iussit Pamphilum hodie observare, ut quid ageret de nuptiis scirem*

418 ss.: *hodie uxorem ducas, ut dixi, volo. nunc nostrae timeo parti quid hic respondeat. neque istic neque alibi tibi erit usquam in me mora*

423 ss.: *eru', quantum audio, uxore excidit. i nunciam intro, ne in mora, quom opu' sit, sies. eo. - nullane in re esse quoquam homini fidem!*

VI

Davos Simo

438: *num illi molestae quidpiam haec sunt nuptiae propter huiusce hospitai consuetudinem?*

444 ss.: *tum id clam: cavit ne umquam infamiae ea res sibi esset, ut virum fortem decet. nunc uxore opus est: animum ad uxorem adpulit*

449 ss.: *ait nimium parce facere sumptum. mene? te. "vix" inquit "drachumis est opsonatum decem: non filio videtur uxorem dare*

458: *nam si hic malist quicquam, em illic est huic rei caput*

ACTUS III

I

Mysis Simo Davos Lesbia (Glycerium)

462: *quid dicit? firmavit fidem*

464 s.: *nam quod peperisset iussit tolli. o Iuppiter, quid ego audio? actumst, siquidem haec vera praedicat*

469: *adeon est demens? ex peregrina?*

473: *Iuno Lucina, fer opem, serva me, obsecro*

478 s.: *hicin me si inparatum in veris nuptiis adortus esset, quos mihi ludos redderet!*

II

Lesbia Simo Davos

488: *quomque huic est veritus optumae adulescenti facere iniuriam*

497: *credon tibi hoc nunc, peperisse hanc e Pamphilo?*

506: *hoc ego scio unum, neminem peperisse hic*

513 ss.: *iam prius haec se e Pamphilo gravidam dixit esse: inventumst falsum. nunc, postquam videt nuptias domi adparari, missast ancilla ilico obstetricem accersitum ad eam et puerum ut adferret simul. hoc nisi fit, puerum ut tu videas, nihil moventur nuptiae*

520 ss.: *nunc sibi uxorem expetit. postremo id mihi da negoti; tu tamen[i]dem has nuptias perge facere ita ut facis, et id spero adiuturos deos. immo abi intro: ibi me opperire et quod parato opus est para*

527 ss.: *quod mihi pollicitust ipsu' gnatu'. nunc Chremem conveniam, orabo gnato uxorem: si impetro, quid alias malim quam hodie has fieri nuptias? nam gnatu' quod pollicitust, haud dubiumst mihi, id si nolit, quin eum merito possim cogere*

III

Simo Chremes

534 s.: *aliquot me adierunt, ex te auditum qui aibant hodie filiam meam nubere tuo gnato; id viso tune an illi insaniant*

538: *per te deos oro et nostram amicitiam*

542 ss.: *quoi(u)s tibi potestas summa servandi datur, ut me adiuves in hac re atque ita uti nuptiae fuerant futurae, fiant. ah ne me obsecra: quasi hoc te orando a me impetrare oporteat*

550 s.: *immo ita volo itaque postulo ut fiat, Chreme, neque postulem abs te ni ipsa res moneat*

560 s.: *uxorem demu'. spero consuetudine et coniugio liberali devinctum, Chreme, de(h)inc facile ex illis sese emersurum malis*

567: *nempe incommoditas denique huc omnis redit si eveniat, quod di prohibeant, discessio*

571: *tibi generum firmum et filiae invenies virum*

575: *qui scis eos nunc discordare inter se?*

577: *et is mihi persuadet nuptias quantum queam ut maturem*

IV

Davos Simo Chremes

581: *quor uxor non accersitur?*

582 ss.: *abs te ne faceres idem quod volgu' servorum solet, dolis ut me deluderet, propterea quod amat filius*

586 s.: *nam propemodum habeo iam fidem. tandem cognosti qui siem? non fuerant nuptiae futurae*

592: *gnatam ut det oro vixque id exoro. occidi*

594 s.: *domum modo ibo, ut adparetur dicam, atque huc renuntio. - nunc te oro, Dave, quoniam solu' mi effecisti has nuptias..*

600 ss.: *quid causaest quin hinc in pistrinum recta proficiscar via? nil est preci loci relictum: iam perturbavi omnia: erum fefelli, in nuptias conieci erilem filium*

605 s.: *occidi. utinam mi[hi] esset aliquid hic quo nunc me praecipitem darem!*

V

Pamphilus Davos

607 ss.: *atque hoc confiteor iure mi obtigisse, quandoquidem tam iners, tam nulli consili sum. servon fortunas meas me commisisse futtili! ego pretium ob stultitiam fero*

612: *negabon velle me, modo qui sum pollicitu' ducere?*

618: *oh tibi ego ut credam, furcifer?*

620: *em quo fretu'sim, qui me hodie ex tranquillissima re coniecisti in nuptias*

621: *quid meritu's? crucem*

623 s.: *quom non habeo spatium ut de te sumam supplicium ut volo! namque hoc tempu' praecavere mihi me, haud te ulcisci sinit*

ACTUS IV

I

Charinus Pamphilus Davos

631 ss.: *post ubi tempu' promissa iam perfici, tum coacti necessario se aperiunt, et timent et tamen res premit denegare*

637: *at tamen "ubi fides?" si roges, nil pudet hic, ubi opus [est]*

639: *adeon ad eum et cum eo iniuriam hanc expostulem?*

643: *itane "inprudens"? tandem inventast causa: solvisti fidem*

649 ss.: *ah nescis quantis in malis vorser miser quantasque hic suis consiliis mihi conflavit sollicitudines meu' carnufex*

653 ss.: *cum patre altercasti dudum et is nunc propterea tibi suscenset nec te quivit hodie cogere illam ut duceres. immo etiam, quo tu minu' scis aerumnas meas, haec nuptiae non adparabantur mihi nec postulabat nunc quisquam uxorem dare. scio: tu coactu' tua voluntate es. mane: nondum scis. scio equidem illam ducturum esse te. quor me enicas? hoc audi: numquam destitit instare ut dicerem me ducturum patri*

663 ss.: *nisi mihi deos sati' scio fuisse iratos qui auscultaverim. factum hoc est, Dave? factum. hem quid ais? scelus! at tibi di dignum factis exitium duint! eho dic mi, si omnes hunc coniectum in nuptias inimici vellent*

674 ss.: *nam sati' credo, si advigilaveris, ex unis geminas mihi conficies nuptias. ego, Pamphile, hoc tibi pro servitio debeo, conari manibu' pedibu' noctesque et dies, capitis periculum adire*

681: *restitu in quem me accepisti locum*

II

Mysis Pamphilus Charinus Davos

690: *nam idcirco accersor nuptias quod mi adparari sensit*

692: *age, si hic non insanit satis sua sponte, instiga*

694: *Mysis, per omnis tibi adiuro deos numquam eam me deserturum*

696: *conveniunt mores: valeant qui inter nos discidium volunt:
hanc nisi mors mi adimet nemo*

698 ss.: *non Apollinis mage verum atque hoc responsumst. si
poterit fieri ut ne pater per me stetisse credat quo minus haec
fierent nuptiae, volo*

710: *eho tu inpudens, non satis habes quod tibi dieculam addo,
quantum huic promoveo nuptias?*

III

Mysis Davos

716: *Nilne esse proprium quoquam! di vostram fidem!*

726 ss.: *ex ara hinc sume verbenas tibi atque eas substerne.
quam ob rem id tute non facis? quia, si forte opu' sit ad erum
iurandum mihi non adposisse, ut liquido possim. intellego: nova
nunc religio in te istaec incessit*

731 ss.: *pro Iuppiter! quid est? sponsae pater intervenit. repudio
quod consilium primum intenderam. nescio quid narres. ego
quoque hinc ab dextera venire me adsimulabo*

IV

Chremes Mysis Davos

740 s.: *Revortor, postquam quae opus fuere ad nuptias gnatae
paravi, ut iubeam accersi*

744 s.: *di vostram fidem, quid turbaest apud forum! quid illi
hominum litigant! tum annona carast*

751 s.: *concede ad dexteram. Deliras: non tute ipse..? verbum si mihi unum praeter quam quo te rogo faxis: cave!*

759: *propera adeo puerum tollere hinc ab ianua*

761: *di te eradicent!*

766: *recte ego has semper fugi nuptias*

770 ss.: *dis pol habeo gratiam quom in pariundo aliquot adfuerunt liberae*

773 s.: *"Chremes si positum puerum ante aedis viderit, suam gnatum non dabit". tanto hercle mage dabit*

776 s.: *nisi puerum tolli' iam ego hunc in mediam viam provolvam teque ibidem pervolvam in luto*

779 ss.: *iam susurrari audio civem Atticam esse hanc. Hem. coactus legibus eam uxorem ducet. au obsecro, an non civis est?*

786: *hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi*

792: *hic socer est. alio pacto haud poterat fieri ut sciret haec quae voluimus*

V

Crito Mysis Davos

797 ss.: *quae sese inhoneste optavit parere hic ditias potius quam honeste in patria pauper viveret: ei(u)s morte ea ad me lege redierunt bona*

804: *quid vos? quo pacto hic?*

809 ss.: *semper eiu' dictast esse haec atque habitast soror; quae illi(u)s fuere possidet: nunc me hospitem litis sequi quam id mihi sit facile atque utile aliorum exempla commonent. simul arbitror iam aliquem esse amicum et defensorem ei*

814 ss.: *clamitent me sycophantam, hereditatem persequi mendicum. tum ipsam despoliare non lubet. o optume hospes! pol, Crito, antiquom obtines*

ACTUS V

I

Chremes Simo

823 s.: *immo enim nunc quom maxume abs te postulo atque oro, Chreme, ut beneficium verbis inquit dudum nunc re comprobe*

827: *nam si cogites remittas iam me onerare iniuriis*

828 ss.: *perpulisti me ut homini adolescentulo in alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria, filiam ut darem in seditionem atque in incertas nuptias*

833: *illam hinc civem esse aiunt; puer est natu': nos missos face. per ego te deos oro*

836: *nuptiarum gratia haec sunt ficta atque incepta omnia*

838: *erras: cum Davo egomet vidi iurgantem ancillam*

II

Davos Chremes Simo Dromo

843: *meo praesidio atque hospiti*

847: *omnia adparata iam sunt intu'. curasti probe. ubi voles accerse*

853 s.: *quid illum censes? cum illa litigat. Immo vero indignum, Chreme, iam facinu'faxo ex me audies*

857: *tristi' severitas inest in voltu atque in verbis fides*

858: *quid ait tandem? Glycerium se scire civem esse Atticam*

863: *si quicquam invenies me mentitum, occidito. nil audio. ego iam te commotum reddam*

866: *ego pol hodie, si vivo, tibi ostendam erum quid sit pericli fallere, et illi patrem*

869 s.: *o Chreme, pietatem gnati! nonne te miseret mei? Tantum laborem capere ob talem filium!*

III

Pamphilus Simo Chremes

874: *ain tandem? Civi' Glyceriumst? ita praedicant*

879 ss.: *adeo[n] inpotenti esse animo ut praeter civium morem atque legem et sui voluntatem patris tamen hanc habere studeat cum summo probro!*

884: *quod cuperes aliquo pacto efficiendum tibi, eodem die istuc verbum vere in te accidit*

888: *an ut pro hui(u)s peccatis ego supplicium sufferam?*

891 s.: *domus uxor liberi inventi invito patre; adducti qui illam hinc civem dicant: viceris*

897 ss.: *tibi, pater, me dedo: quidvis oneris inpone, impera. vis me uxorem ducere? hanc vis [a]mittere? ut potero feram. hoc modo te obsecro, ut ne credas a me adlegatum hunc senem*

901: *aequom postulat: da veniam. sine te hoc exorem. sino*

903: *pro peccato magno paullum supplici satis est patri*

IV

Crito Chremes Simo Pamphilus

908: *eho tu, Glycerium hinc civem esse ais? tu negas?*

912 ss.: *in fraudem inlicis? sollicitando et pollicitando eorum animos lactas? sanus es? ac meretricios amores nuptiis conglutinas? perii, metuo ut substet hospes*

915 s.: *hic vir sit bonus? itane adtemperate evenit, hodie in ipsis nuptiis ut veniret, ant(e)hac nunquam?*

922: *nam ego quae dico vera an falsa audierim iam sciri potest*

926: *is mihi cognatus fuit qui eum recepit*

934 ss.: *Phania illic frater meu' fuit. noram et scio. is bellum hinc fugiens meque in Asiam persequens proficiscitur*

937: *ita animu' commotust metu spe gaudio*

948: *de uxore, ita ut possedi, nil mutat Chremes?*

950 s.: *dos, Pamphile, est decem talenta. accipio. propero ad filiam*

953: *Davo ego istuc dedam iam negoti*

954 ss.: *vinctus est. pater, non recte vinctust. haud ita iube solvi, obsecro. age fiat. at matura. eo intro. o faustum et felicem diem!*

V

Charinus Pamphilus Davos

959 s.: *ego deorum vitam propterea sempiternam esse arbitror quod voluptates eorum propriae sunt*

968: *Glycerium mea suos parentis repperit*

971: *nec mora ullast quin eam uxorem ducam*

979: *Dave, abi domum, propera, accerse hinc qui auferant*

980: *intu' despondebitur; intu' transigetur siquid est quod restet*

Exitus alter suppositicius

Pamphilus Charinus Chremes Davos

3: *tibi me opinor invenisse dignum te atque illa virum*

5: *non nova istaec mihi condicio est, si voluissem, Pamphile. occidi, Dave*

7: *non idcirco quod eum omnino adfinem mihi nollem..*

20: *gnatam tibi meam Philumenam uxorem et dotis sex talenta spondeo*

Eunuchus

Prologus

10 ss.: *atque in Thesauro scripsit causam dicere prius unde petitur, aurum qua re sit suom, quam illic qui petit, unde is sit thesaurum sibi aut unde in patrium monumentum pervenerit*

17: *habeo alia multa quae nunc condonabitur*

19 ss.: *quam nunc acturi sumus Menandri Eunuchum, postquam aediles emerunt, perfecit sibi ut inspiciundi esset copia. magistratu' quom ibi adesset occeptast agi. exclamat furem, non poetam fabulam dedisse et nil dedisse verborum tamen*

27 s.: *si id est peccatum, peccatum imprudentiast poetae, non quo furtum facere studuerit. id ita esse vos iam iudicare poteritis*

42: *qua re aequom est vos cognoscere atque ignoscere quae veteres factitarunt si faciunt novi*

ACTUS I

I

Phaedria Parmeno

53 s.: *infecta pace ultro ad eam venies indicans te amare et ferre non posse: actumst, ilicet, peristi*

59 ss.: *in amore haec omnia insunt vitia: iniuriae, suspensiones, inimicitiae, indutiae, bellum, pax rursus*

69: *et te ultro accusabit, et dabis ultro supplicium. o indignum facinu'!*

74 ss.: *quid agas? nisi ut te redimas captum quam queas minimo; si nequeas paullulo, at quanti queas; et ne te adflictes*

80: *nam quod nos capere oportet haec intercipit*

II

Thais Phaedria Parmeno

99: *sed huc qua gratia te accersi iussi, ausculta*

102: *hac lege tibi meam adstringo fidem*

108 ss.: *ibi tum matri parvolam puellam dono quidam mercator dedit ex Attica hinc abreptam. civemne? arbitror*

114 s.: *mercator hoc addebat: e praedonibus, unde emerat, se audisse abreptam e Sunio*

118 ss.: *sororem plerique esse credebant meam. ego cum illo, quocum tum uno rem habebam hospite, abii huc*

123: *nam hic quoque bonam magnamque partem ad te attulit*

128: *habeam te et mea consilia ut tibi credam omnia*

132 ss.: *is ubi esse hanc forma videt honesta virginem et fidibus scire, pretium sperans ilico producit, vendit. forte fortuna adfuit hic meus amicus: emit eam dono mihi imprudens harum rerum ignaru'que omnium*

139 ss.: *ait, si fidem habeat se iri praepositum tibi apud me, ac non id metuat, ne, ubi acceperim, sese relinquam, velle se illam mihi dare*

145 ss.: *multae sunt causae quam ob rem cupio abducere: primum quod soror est dicta; praeterea ut suis restituam ac reddam. sola sum; habeo hic neminem neque amicum neque cognatum*

155 ss.: *“parvola hinc est abrepta, eduxit mater pro sua; soror dictast; cupio abducere, ut reddam suis”*

167 ss.: *porro eunuchum dixti velle te, quia solae utuntur is reginae: repperi, heri minas viginti pro ambobus dedi*

172 ss.: *quamquam illam cupio abducere atque hac re arbitror id fieri posse maxume, verum tamen potius quam te inimicum habeam, faciam ut iusseris. utinam istuc verbum ex animo ac vere diceres “potius quam te inimicum habeam!”*

197 s.: *me miseram, fors[it]an hic mihi parvam habeat fidem
atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet*

205: *et is hodie venturum ad me constituit domum*

ACTUS II

I

Phaedria Parmeno

207 ss.: *Fac, ita ut iussi, deducantur isti. faciam. at diligenter.
fiet. at mature. fiet. satine hoc mandatumst tibi?*

225: *di boni, quid hoc morbit?*

228 ss.: *attat hi(c)quidem est parasitus Gnatho militis: ducit
secum una virginem dono huic. papae facie honesta!*

II

Gnatho Parmeno

232: *Di immortales, homini homo quid praestat?*

234 s.: *conveni hodie adveniens quendam mei loci hinc atque
ordinis, hominem haud inpurum, itidem patria qui abligurrierat
bona*

240: *itan parasti te ut spes nulla relicua in te siet tibi?*

261 ss.: *ibi homo coepit me obsecrare ut sibi liceret discere id
de me: sectari iussi, si potis est, tamquam philosophorum
habent disciplinae ex ipsis vocabula, parasiti ita ut Gnathonici
vocentur*

273: *sed quid videtur hoc tibi mancipium?*

III

Chaerea Parmeno

295: *una haec spes est: ubi ubi est, diu celari non potest*

302: *ut illum di deaque senium perdant qui me hodie remoratus est*

308 s.: *scis te mihi saepe pollicitum esse: "Chaerea, aliquid inveni modo quod ames: in ea re utilitatem ego faciam ut cognoscas meam"*

311: *fac sis nunc promissa adpareant, si adeo digna res[es]t ubi tu nervos intendas tuos*

319 s.: *ipsam hanc tu mihi vel vi vel clam vel precario fac tradas: mea nil refert dum potiar modo*

327: *patris cognatum atque aequalem Archidemidem nostin?*

331 ss.: *illum liquet mihi deierare his mensibus sex septem prorsum non vidisse proxumis, nisi nunc quom minime vellem minimeque opu's fuit. eho nonne hoc monstri similest?*

338: *"cras est mihi iudicium." "quid tum?" "ut diligenter nunties patri, advocatu' mane mi esse ut meminerit"*

352 s.: *huc deductast ad meretricem Thaidem: ei dono datast. quis is est tam potens cum tanto munere hoc?*

356: *illumne obsecro inhonestum hominem, quem mercatus est heri, senem mulierem?*

364: *domum, ut mancupia haec, ita ut<i> iussit frater, ducam ad Thaidem*

386: *an potius haec patri aequomst fieri ut a me ludatur dolis? quod qui rescierint, culpent*

388 ss.: *verum ne post conferas culpam in me. non faciam. iubesne? iubeam? cogo atque impero; numquam defugiam auctoritatem. sequere. di vortant bene!*

ACTUS III

I

Thraso Gnatho Parmeno

397: *vel rex semper maxumas mihi agebat quidquid feceram*

401 s.: *rex te ergo in oculis.. scilicet. gestare. vero: credere omnem exercitum, consilia*

408 s.: *regem elegantem narras. immo sic homost: perpaucorum hominum*

414 s.: *is ubi molestu' magis est, "quaeso, inquam, Strato, eon es ferox quia habes imperium in beluas?"*

419 ss.: *di vostram fidem, hominem perditum miserumque et illum sacrilegum! quid illud, Gnatho, quo pacto Rhodium tetigerim in convivio, numquam tibi dixi?*

430: *dolet dictum imprudenti adolescenti et libero. at te di perdant!*

449 s.: *metuit semper quem ipsa nunc capit fructum nequando iratu' tu alio conferas*

II

Thais Thraso Gnatho Parmeno Pythias

464: *ubi vis, dona adsunt tibi a Phaedria*

468: *perpulchra credo dona aut nostri similia*

471: *ex Aethiopiast usque haec. hic sunt tres minae*

474 s.: *ita me di ament, honestust. quid tu ais, Gnatho? numquid habes quod contemnas?*

478: *quae liberum scire aequomst adolescentem, sollertem dabo*

486: *adparet servom hunc esse domini pauperis miserique*

492: *hos prius intro ducam et quae volo simul imperabo*

495 s.: *haud convenit una ire cum amica imperatorem in via. quid tibi ego multa dicam? domini similis es*

505: *ehem curate istam diligenter virginem*

III

Chremes Pythias

513 ss.: *ait rem divinam fecisse [se] et rem seriam velle agere mecum. iam tum erat suspicio dolo malo haec fieri omnia*

517 ss.: *ubi friget, huc evasit, quam pridem pater mihi et mater mortui essent. dico, iamdiu. rus Sunii ecquod habeam et quam longe a mari. credo ei placere hoc: sperat se a me avellere postremo*

IV

Antipho

539 ss.: *Heri aliquot adolescentuli coiimus in Piraeo in hunc diem, ut de symbolis essemus. Chaeream ei rei praefecimus; dati anuli; locu' tempu' constitutumst*

V

Chaerea Antipho

564: *quaedam hodie est ei dono data virgo*

569 s.: *forte fortuna domi erat quidam eunuchu' quem mercatu' fuerat frater Thaidi, neque is deductus etiamdum ad eam*

575 s.: *traditus sum mulieri. illa ilico ubi me accepit, laeta vero ad se abducit domum; commendat virginem*

578: *edicit ne vir quisquam ad eam adeat et mihi ne abscedam imperat*

584 ss.: *ibi inerat pictura haec, lovem quo pacto Danaae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum*

592 ss.: *dum haec mecum reputo, accersitur lavatum interea virgo: iit lavit rediit; deinde eam in lecto illae conlocarunt*

ACTUS IV

I

Dorias

615 ss.: *Ita me di ament, quantum ego illum vidi, non nil timeo misera, nequam ille hodie insanu' turbam faciam aut vim Thaidi*

626: *miles tendere: inde ad iurgium*

II

Phaedria <Dorias>

III

Pythias Dorias Phaedria

648: *ut ego unguibus facile illi in oculos involem venefico!*

654: *virginem quam erae dono dederat miles, vitiavit*

656: *au obsecro, mea Pythias, quod istuc nam monstrum fuit?*

660: *etiam hoc misera suspicor, aliquid domo abeuntem abstulisse*

663 ss.: *iam faxo scies. - perii, obsecro! tam infandum facinu', mea tu, ne audivi quidem*

667: *nam illum aliquo conclusissem neque illi commisissem virginem*

IV

Phaedria Dorus Pythias Dorias

691 s.: *eho tu, emin ego te? emisti. iube mi denuo respondeat. roga. venisti hodie ad nos? negat*

695: *monstrum hominis, non dicturu's?*

699 s.: *unde igitur fratrem meum esse scibas? Parmeno dicebat eum esse. is dedit mi hanc. occidi*

703: *iam sati' certumst virginem vitiatam esse?*

709: *Iuppiter magne, o scelestum atque audacem hominem!*

712 ss.: *heus negato rursum. possumne ego hodie ex te exsculpere verum? vidistine fratrem Chaeream? non. non potest sine malo fateri, video: sequere hac. modo ait modo negat. ora me. obsecro te vero, Phaedria*

716: *alio pacto honeste quomodo hinc abeam nescio*

V

Chremes Pythias

727: *Attat data hercle verba mihi sunt: vicit vinum quod bibi*

732: *verbum hercle hoc verum erit "sine Cerere et Libero friget Venus"*

734: *lites factae sunt inter eos maxumae*

VI

Thais Chremes Pythias

739: *Credo equidem illum iam adfuturum esse, ut illam [a me] eripiat*

745 s.: *dum tibi sororem studeo reddere ac restituere, haec atque hui(u)smodi sum multa passa*

749: *hanc tibi dono do neque repeto pro illa quicquam abs te preti*

751 s.: *at enim cave ne priu' quam hanc a me accipias amittas, Chreme; nam haec east quam miles a me vi nunc ereptum venit*

759 s.: *quicum res tibi peregrinus est, minu' potens quam tu, minu' notu', minus amicorum hic habens*

762: *malo ego nos prospicere quam hunc ulcisci accepta iniuria*

763: *dum ego hinc transcurro ad forum: volo ego adesse hic advocatos nobis in turba hac*

766 s.: *hoc modo dic, sororem illam tuam esse et te parvam virginem amisisse, nunc cognosse. signa ostende*

768: *si vim faciet, in ius ducito hominem*

770: *perii, huic ipsist opu' patrono, quem defensorem paro*

VII

Thraso Gnatho Sanga Chremes Thais

773: *primum aedis expugnabo. recte. virginem eripiam*

776: *ubi centuriost Sanga et manipulus furum?*

778 s.: *imperatoris virtutem noveram et vim militum; sine sanguine hoc non posse fieri: qui abstergerem volnera?*

790 ss.: *di vostram fidem, quantist sapere! numquam accedo quin abs te abeam doctior. Thai', primum hoc mihi responde: quom tibi do istam virginem, dixtin hos dies mihi soli dare te?*

796 ss.: *Pamphilam ergo huc redde, nisi vi mavis eripi. tibi illam reddat aut tu eam tangas, omnium..? ah quid agis? tace. quid tu tibi vis? ego non tangam meam? tuam autem, furcifer?*

803: *diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis*

804 ss.: *principio eam esse dico liberam. hem. civem Atticam. hui. meam sororem. os durum. miles, nunc adeo edico tibi ne vim facias ullam in illam*

808 s.: *tun me prohibeas meam ne tangam? prohibebo inquam. audin tu? hic furti se adligat*

814 ss.: *iam dimitto exercitum? ubi vis. Sanga, ita ut fortis decet milites, domi focique fac vicissim ut memineris*

ACTUS V

I

Thais Pythias

824: *iste ephebu' frater Phaedriae. quid ais, venefica?*

830 ss.: *quid ais, sacrilega? istucine interminata sum hinc abiens tibi? quid facerem? ita ut tu iusti, soli creditast. scelestas, ovem lupo commisisti. dispudet sic mihi data esse verba*

II

Chaerea Thais Pythias

852: *unam hanc noxiam amitte: si aliam admisero umquam, occidito*

857: *an paullum hoc esse tibi videtur, virginem vitiare civem?*

859 ss.: *vix me contineo quin involem in capillum, monstrum: etiam ultro derisum advenit. abin hinc, insana? quid ita? vero debeam, credo, isti quicquam furcifero si id fecerim; praesertim quom se servom fateatur tuom*

868 s.: *ita conturbasti mihi rationes omnis, ut eam non possim suis ita ut aequom fuerat atque ut studui tradere*

885 ss.: *nunc ego te in hac re mi oro ut adiutrix sies, ego me tuae commendo et committo fide[i], te mihi patronam capio, Thai', te obsecro: emoriar si non hanc uxorem duxero*

889 s.: *ah volet, certo scio, civis modo haec sit. paullulum opperirier si vis, iam frater ipse hic aderit virginis*

898: *crede hoc meae fide[i], dabit hic pugnam aliquamv denuo*

901 ss.: *non credo, Chaerea, nisi si commissum non erit*

903 s.: *neque pol servandum tibi quicquam dare ausim neque te servare: apage te. adest optume ipse frater*

III

Pythias Chremes Sophrona

911 s.: *quidnam qui referam sacrilego illi gratiam qui hunc suppos<i>vit nobis?*

919 s.: *si dis placet, spero me habere qui hunc meo excruciem modo. ibo intro de cognitione ut certum sciam: post exhibo atque hunc perterrebo sacrilegum*

IV

Parmeno Pythias

932: *meretricum ingenia et mores posset noscere mature*

941 ss.: *ego pol te pro istis dictis et factis, scelus, ulciscar, ut ne inpune in nos inluseris. pro deum fidem, facinu' foedum!*

951 ss.: *virginem istam, Thaidi hodie quae dono datast, scis eam hinc civem esse? et fratrem ei(u)s esse adprime nobilem?*

955 ss.: *conligavit primum eum miseris modis. hem. conligavit? atque quidem orante ut ne id faceret Thaide. quid ais? nunc minatur porro sese id quod moechis solet*

960 ss.: *quis homo pro moecho umquam vidit in domo meretricia prehendi quemquam? nescio. at ne hoc nesciatis, Pythias: dico edico vobis nostrum esse illum erilem filium. hem obsecro, an is est? nequam in illum Thai' vim fieri sinat!*

V

Senex Parmeno

979 s.: *ere, primum te arbitrari [id] quod res est velim: quidquid huius factumst, culpa non factumst mea*

982 ss.: *emit quendam Phaedria eunuchum quem dono huic daret. quoi? Thaidi. emit? perii hercle! quanti? viginti minis. actumst*

992: *hunc pro moecho postea comprehendere intus et constrinxere. occidi*

995: *numquid est aliud mali damnive quod non dixeris relicuom?*

VI

Pythias Parmeno

1013 s.: *an paenitebat flagiti, te auctore quod fecisset adulescens, ni miserum insuper etiam patri indicares?*

1019: *siquidem istuc inpune habueris....! verum? reddam hercle*

1021: *tu iam pendebi' qui stultum adulescentulum nobilitas flagitiis et eundem indicas*

1024: *egomet meo indicio miser quasi sorex hodie perii*

VII

Gnatho Thraso Parmeno

1026: *ut Thaidi me dedam et faciam quod iubeat*

VIII

Chaerea Parmeno Gnatho Thraso

1032: *nam in me plane di potestatem suam omnem ostendere*

1036 s.: *scis Pamphilam meam inventam civem? audivi. scis sponsam mihi? bene, ita me di ament, factum*

1038 ss.: *meo fratri gaudeo esse amorem omnem in tranquillo: unast domus; Thais patri se commendavit, in clientelam et fidem nobis dedit se. fratris igitur Thai' totast?*

1042: *tu frater ubi ubi est fac quam primum haec audiat*

1046 ss.: *an fortunam conlaudem quae gubernatrix fuit, quae tot res tantas tam opportune in unum conclusit diem, an mei patris festivitatem et facilitatem? o Iuppiter, serva obsecro haec bona nobis!*

IX

Phaedria Chaerea Thraso Gnatho

1051: *ita nostrae omnist fautrix familiae*

1055 ss.: *perfice hoc precibu' pretio ut haeream in parte aliqua tandem apud Thaidem. difficilest. siquid conlubitum, novi te. hoc si feceris, quodvis donum praemium a me optato: id optatum auferes*

1059: *do fidem futurum*

1063: *miles, edico tibi, si te in platea offendero hac post umquam*

1078: *principio et habet quod det et dat nemo largius*

1084 s.: *unum etiam hoc vos oro, ut me in vostrum gregem recipiati': sati' diu hoc iam saxum vorso*

1089: *postquam is mores ostendi tuos et concludavi secundum facta et virtutes tuas, impetravi*

1094: *nil praeter promissum est*

Heauton Timorumenos

Prologus

11 s.: *oratorem esse voluit me, non prologum; vostrum iudicium fecit; me actorem dedit*

18 s.: *factum id esse hic non negat neque se pigere et deinde facturum autumat*

21: *licere [id] facere quod illi fecerunt putat*

25 ss.: *arbitrium vestrum, vestra existimatio valebit. quare omnis vos oratos volo, ne plus iniquum possit quam aequum oratio. facite aequi siti'*

35: *adeste aequo animo, date potestatem mihi statariam agere ut liceat per silentium*

41: *mea causa causam hanc iustam esse animum inducite*

48 s.: [*si numquam avare pretium statui arti meae et eum esse quaestum in animum induxi maximum, quam maxime servire vestris commodis*]

ACTUS I

I

Chremes Menedemus

53 ss.: *Quamquam haec inter nos nuper notitia admodumst (inde adeo quod agrum in proximo hic mercatus es) nec rei fere sane amplius quicquam fuit, tamen vel virtus tua me vel vicinitas, quod ego in propinqua parte amicitiae puto, facit ut te audacter moneam et familiariter*

61: *nam pro deum atque hominum fidem quid vis tibi aut quid quaeris?*

63 ss.: *agrum in his regionibus meliorem neque preti maiori' nemo habet; servos compluris: proine quasi nemo siet, ita attente tute illorum officia fungere*

77: *homo sum: humani nil a me alienum puto*

80: *mihi sic est usu': tibi ut opu' factost face*

91 ss.: *ah non aequom facis. hui tam gravis hos, quaeso? sic meritumst meum. nunc loquere. filium unicum adulescentulum habeo*

97 ss.: *ei(u)s filiam ille amare coepit perditte, prope iam ut pro uxore haberet: haec clam me omnia. ubi rem rescivi, coepi non humanitus neque ut animum decuit aegrotum adulescentuli tractare, sed vi et via pervolgata patrum. cotidie accusabam: "hem tibine haec diutius licere speras facere me vivo patre, amicam ut habeas prope iam in uxoris loco?"*

106 ss.: *ego te meum esse dici tantisper volo dum quod te dignumst facies; sed si id non facis, ego quod me in te sit facere dignum invenero*

111 s.: *sed in Asiam hinc abii propter pauperiem atque ibi simul rem et gloriam armis belli repperi*

117 ss.: *in Asiam ad regem militatum abiit, Chreme. quid ais? clam me profectu' mensis tris abest. ambo accusandi*

124 ss.: *adcurrunt servi, soccos detrahunt; video alios festinare, lectos sternere, cenam adparare; pro se quisque sedulo faciebant quo illam mihi lenirent miseriam*

130 s.: *sumptus domi tantos ego solu' faciam? sed gnatum unicum, quem pariter uti his decuit aut etiam amplius, quod illa aetas magis ad haec utenda idoneast, eum ego hinc eieci miserum iniustitia mea!*

136 ss.: *nam usque dum ille vitam illam colet inopem carens patria ob meas iniurias, interea usque illi de me supplicium dabo laborans parcens quaerens, illi serviens*

142 ss.: *ancillas servos, nisi eos qui opere rustico faciundo facile sumptum exsercirent suom, omnis produxi ac vendidi. inscripsi ilico aedis mercede. quasi talenta ad quindecim coegi: agrum hunc mercatu' sum; hic me exerceo. decrevi tantisper me minus iniuriae, Chreme, meo gnato facere dum fiam miser; nec fas esse ulla me voluptate hic frui, nisi ubi ille huc salvo' redierit meus particeps*

156: *nec tibi illest credere ausu' quae est aequom patri*

158: *ita res est, fateor: peccatum a me maxumumest*

160 s.: *utinam ita di faxint! facient. nunc si commodumst, Dionysia hic sunt hodie: apud me sis volo*

II

Clitipho Chremes

187: *cave faxis: non opus est, pater*

193 ss.: *quid relicuist quin habeat quae quidem in homine dicuntur bona? parentis, patriam incolumem, amicos genu' cognatos ditias. atque haec perinde sunt ut illi(u)s animu' qui ea possidet*

202 ss.: *nam quem ferret si parentem non ferret suom? huncin erat aequom ex illi(u)s more an illum ex huiu' vivere? et quod*

*illum insimulat durum id non est; nam parentum iniuriae uniu'
modi sunt ferme, paullo qui est homo tolerabilis*

ACTUS II

I

Clitipho

213 ss.: *Quam iniqui sunt patres in omnis adolescentis iudices!
qui aequom esse censent nos a pueris ilico nasci senes neque
illarum adfinis esse rerum quas fert adolescentia*

228 s.: *nam nil esse mihi religiosi dicere. hoc ego mali non
pridem inveni neque etiamdiu scit pater*

II

Clinia Clitipho

233 s.: *occasio locus aetas mater quoi(u)s sub imperio mala,
quoi nil iam praeter pretium dulcest*

237: *pergin istuc priu' diiudicare quam scis quid veri siet?*

239: *et nosti mores mulierum: dum moliuntur dum conantur,
annus est*

III

Syrus Dromo Clinia Clitipho

245: *ancillarum gregem ducunt secum*

256 ss.: *O Iuppiter, ubinamst fides? dum ego propter te errans
patria careo demens, tu interea loci conlocupletasti te, Antiphila,*

et me in his deseruisti malis, propter quam in summa infamia sum et meo patri minus [sum] obsequens: quoi(u)s nunc pudet me et miseret, qui harum mores cantabat mihi

267 s.: quid est obsecro? nam mihi nunc nil rerum omniumst quod malim quam me hoc falso suspicariet

285 ss.: textentem telam studiose ipsam offendimus, mediocriter vestitam veste lugubri (ei(u)s anui' causa opinor quae erat mortua)

298 s.: magnum hoc quoque signumst dominam esse extra noxiam, quom eius tam negleguntur internuntii

308: prae gaudio, ita me di ament, ubi sim nescio: ita timui

312: eho sceleste, quo illam ducit?

315: hoc vide: in mea vita tu tibi laudem is quaesitum, scelus?

320: multimodis iniurius, Clitipho, es neque ferri potis es

326: harum duarum condicionum nunc utram malis vide

329: tum quod illi argentum es pollicitus, eadem hac inveniam via

345 ss.: datur, fruire dum licet; nam nescias.. Syre inquam! perge porro, tamen istuc ago. ei(u)s sit potestas posthac an numquam tibi

351 s.: et me et meum amorem et famam permitto tibi. tu es iudex: nequid accusandu' sis vide

354 ss.: *quasi istic minor mea res agatur quam tua. hic siquid nobis forte advorsi evenerit, tibi erunt parata verba, huic homini verbera*

366: *ei(u)s noctem orantem; haec arte tractabat virum, ut illius animum cupidum inopia incenderet*

376: *iam nunc haec non est tua*

IV

Bacchis Antiphila Clinia Syrus

381 ss.: *Edepol te, mea Antiphila, laudo et fortunatam iudico, id quom studuisti isti formae ut mores consimiles forent; minimeque, ita me di ament, miror si te sibi quisque expetit*

392 ss.: *vobis cum uno semel ubi aetatem agere decretumst viro, quoi(u)s mos maxumest consimili' vostrum, [h]i se ad vos adplicant*

396 ss.: *mequidem semper scio fecisse sedulo ut ex illiu'commodo meum compararem commodum. ah ergo, mea Antiphila, tu nunc sola reducem me in patriam facis*

402: *immo ut patrem tuom vidi esse habitum, diu etiam duras dabit*

ACTUS III

I

Chremes Menedemus

417 ss.: *item ut filium meum amico atque aequali suo video inservire et socium esse in negotiis, nos quoque senes est aequom senibus obsequi*

442: *in eandem fraudem ex hac re atque ex illa incidēs*

463 ss.: *sic me di amabunt ut me tuarum miseritumst, Menedeme, fortunarum. faciat quid lubet: sumat consumat perdat, decretumst pati, dum illum modo habeam mecum*

470: *falli te sinas techinis per servolum*

474 ss.: *et tibi perdere talentum hoc pacto satius est quam illo minam. non nunc pecunia agitur sed illud quo modo minimo periclo id demus adulescentulo. nam si semel tuom animum ille intellexerit, priu'proditurum te tuam vitam et prius pecuniam omnem quam abs te amittas filium, hui quantam fenestram ad nequitiam patefeceris, tibi autem porro ut non sit suave vivere!*

485 s.: *neque id putabit pravom an rectum sit: petet. tu rem perire et ipsum non poteris pati: dare denegarīs*

493: *cedo dextram: porro te idem oro ut facias, Chreme*

498 ss.: *paullum negoti mi obstat: Simus et Crito vicini nostri hic ambigunt de finibus; me cepere arbitrum: ibo ac dicam, ut dixeram operam daturum me, hodie non posse is dare: conti-*

nuo hic adero. ita quaeso. - di vostram fidem, ita comparatam esse hominum naturam omnium aliena ut meliú' videant et diiudicent quam sua!

508: *dissolvi me otiosus operam ut tibi darem*

510 s.: *concede hinc domum ne nos inter nos congruere sentiant*

II

Syrus Chremes

516: *idcirco huic nostro traditast provincia*

527: *at quasi is non ditiis abundet, gnatus ei(u)s profugit inopia*

530 s.: *hominem pistrino dignum! quem? istunc servolum dico adulescenti..*

536 s.: *haec facta ab illo oportebant, Syre. eho quaeso laudas qui eros fallunt?*

546 ss.: *at te adiutare oportet adulescentuli causa. facile equidem facere possum si iubes; etenim quo pacto id fieri soleat calleo*

553: *non usu' veniet, spero*

557: *de istoc, quom usu' venerit, videbimus quid opu' sit*

560: *nec quom male facere[m] crederem mi inpunius licere*

III

Chremes Clitipho Syrus

561 ss.: *Quid istuc quaeso? qui istic mos est, Clitipho? itane fieri oportet? quid ego feci? vidin ego te modo manum in sinum huic meretrici inserere? acta haec res est: perii*

565 ss.: *ne nega. facis adeo indigne iniuriam illi qui non abstinence manum. nam istaec quidem contumeliast, hominem amicum recipere ad te atque ei(u)s amicam subigitare*

571 s.: *at mihi fides apud hunc est nil me istiu' facturum, pater*

579: *homini' frugi et temperanti' functu's officium?*

581: *neque id iniuria; quin mihi molestumst*

584: *actumst: hic priu' se indicarit quam ego argentum effecero*

589: *recte dicit, censeo. di te eradicent, Syre, qui me hinc extrudis*

591 ss.: *quid illum porro credas facturum, Chreme, nisi eum, quantum tibi opi' di dant, servas castigas mones? ego istuc curabo*

601 ss.: *huic drachumarum haec argenti mille dederat mutuom. quid tum? ea mortuast: reliquit filiam adulescentulam. ea relicta huic arraboni est pro illo argento*

605: *Cliniam orat sibi uti [id] nunc det: illam illi tamen post daturum: mille nummum poscit*

608 s.: *dicam hanc esse captam ex Caria ditem et nobilem; si redimat magnum inesse in ea lucrum*

610: *pro Menedemo nunc tibi ego respondeo "non emo": quid ages?*

ACTUS IV

I

Sostrata Chremes Nutrix Syrus

614: *hic profectost anulus quem ego suspicor, is quicum expositast gnata*

623: *nequid credas me advorsum edictum tuom facere esse ausam*

625 ss.: *nescioquid peccati portat haec purgatio. meministin me ess(e) gravidam et mihi te maxumo opere edicere, si puellam parerem, nolle tolli? scio quid feceris: sustulisti. sic est factum: dom(i)na ego, eru' damno auctus est. minime; sed erat hic Corinthia anus haud inpura: ei dedi exponendam. o Iuppiter, tantam esse in animo inscitiam!*

631: *si peccavi, mi Chreme, insciens feci*

635 ss.: *si meum imperium exsequi voluisses, interemptam oportuit, non simulare mortem verbis, re ipsa spem vitae dare. at id omitto: misericordia, animu' maternus: sino*

639 s.: *nempe anui illi prodita abs te filia est planissime, per te vel uti quaestum faceret vel uti veniret palam*

642: *quid cum illis agas qui neque ius neque bonum atque aequom sciunt?*

644 ss.: *mi Chreme, peccavi, fateor: vincor. nunc hoc te obsecro, quanto tuos est animu' natu' gravior, ignoscentior, ut meae stultitiae in iustitia tua sit aliquid praesidi*

649 ss.: *ut stultae et misere omnes sumus religiosae, quom exponendam do illi, de digito anulum detraho et eum dico ut una cum puella exponeret: si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis*

659: *interii: plus spei video quam volo: nostrast, si itast*

661: *quid renuntiavit olim? fecisse id quod iusseram*

664 s.: *ut praeter spem evenit! quam timui male ne nunc animo ita esses duro ut olim in tollendo, Chreme!*

II

Syrus

669 ss.: *ita hac re in angustum oppido nunc meae coguntur copiae; nisi aliquid video ne esse amicam hanc gnati resciscat senex. nam quod de argento sperem aut posse postulem me fallere nil est*

674: *ratio de integro ineundast mihi*

678: *retraham hercle opinor ad me idem ego illud hodie fugitivom argentum tamen*

III
Clinia Syrus

686 s.: *aqtque ita me di ament ut ego nunc non tam meapte
causa laetor quam illiu'; quam ego scio esse honore quovis
dignam*

690: *o Iuppiter! quiesce. Antiphila mea nubet mihi*

699: *at enim istoc nihil est mage, Syre, miis nuptiis advorsum*

703 s.: *illam te amare et velle uxorem, hanc esse Clitiphonis.
bonam atque iustam rem oppido imperas et factu facilem*

709 ss.: *huic equidem consilio palmam do: hic me magnifice
ecfero, qui vim tantam in me et potestatem habeam tantae
astutiae vera dicendo ut eos ambos fallam*

713 s.: *at enim spem istoc pacto rursus nuptiarum omnem
eripis; nam dum amicam hanc meam esse credet, non
committet filiam*

717: *unus est dies dum argentum eripio: pax: nil amplius.
tantum sat habes?*

720: *quasi non ea potestas sit tua quo velis in tempore ut te
exsolvas, rem facias palam*

IV
Bacchis Clinia Syrus Dromo Phrygia

723 s.: *Sati' pol proterve me Syri promissa huc induxerunt,
decem minas quas mihi dare pollicitust*

726 ss.: *aut quom venturam dixerō et constituero, quom is certe renuntiarit, Clitipho quom in spe pendeat animi, decipiam ac non veniam, Syrus mihi tergo poenas pendet. satī' scite promittit tibi*

734 s.: *dic me hic oppido esse invitam atque adservari, verum aliquo pacto verba me his daturam esse et venturam*

737: *quin est paratum argentum. quin ego maneo. atqui iam dabitur*

740: *argentum cudo quod tibi dem*

742: *tuom tibi reddo*

746 s.: *sperabit sumptum sibi senex levatum esse harunc abitu: ne ille haud scit hoc paullum lucri quantum ei damnum adportet*

V

Chremes Syrus

749 ss.: *Ita me di amabunt ut nunc Menedemi vicem miseret me tantum devenisse ad eum mali. illancin mulierem alere cum illa familia!*

754 ss.: *verum ubi videbit tantos sibi sumptus domi cotidianos fieri nec fieri modum*

760: *de illo quod dudum? dictum [ac] factum reddidi. bonan fide? bona hercle*

763: *faciam boni tibi aliquid pro ista re ac lubens*

765: *vah gloriare evenisse ex sententia?*

768: *secum adduxisse ne tu id persentisceres*

774: *hanc cupere uxorem. modone quae inventast? eam: et quidem iubebit posci*

777 ss.: *argentum dabitur ei ad nuptias, aurum atque vestem qui.. tenesne? comparet? id ipsum. at ego illi neque do neque despondeo*

781 s.: *non ego dicebam in perpetuom ut illam illi dares, verum ut simulares. non meast simulatio*

784: *egon quoi daturu' non sum, ut ei despondeam?*

787: *ceterum equidem istuc, Chreme, aequi bonique facio*

790 ss.: *sed illud quod tibi dixi de argento quod ista debet Bacchidi, id nunc reddendumst illi: neque tu scilicet illuc confugies: "quid mea? num mihi datumst? num iussi? num illa oppignerare filiam meam me invito potuit?" verum illuc, Chreme, dicunt: "ius summum saepe summast malitia"*

798: *omnes te in lauta et bene acta parte putant. quin egomet iam ad eam deferam. immo filium iube potiu'*

802: *quia videbitur magis veri simile id esse, quom hic illi dabit*

804: *abi, efer argentum*

VI
Clitipho Syrus

810 ss.: *ut te quidem omnes di deae[que] quantumst, Syre, cum istoc invento cumque incepto perduint! huius modi mihi res semper comminiscere ubi me excarnufices*

816 s.: *ne me istuc ex te prius audisse gaudeo quam argentum haberes quod daturum iam fui*

819: *mihi amicam adduxti quam non licitumst tangere*

822: *iam argentum ad eam deferes quod ei pollicitus*

828: *quod imperabit facito; loquitor paucula*

VII
Chremes Clitipho Syrus

831: *cape hoc argentum ac defer*

835 ss.: *minas quidem iam decem habet a me filia, quas hortamentis esse nunc duco datas; hasce ornamentis consequentur alterae; porro haec talenta dotis adposcunt duo. quam multa iniusta ac prava fiunt moribus! mihi nunc relictis rebus inveniendus est aliquis, labore inventa mea quod dem bona*

VIII
Menedemus Chremes

845: *serva, quod in te est, filium, me ac familiam*

847: *hanc uxorem sibi dari volt Clinia*

849 ss.: *inter nos quid sit dictum de fallacia, ut ea via abs te argentum auferretur? scio. ea res nunc agitur ipsa*

854 ss.: *et illum aiunt velle uxorem ut, quom desponderis, des qui aurum ac vestem atque alia quae opu' sunt comparet. id est profecto: id amicae dabitur*

863: *dic convenisse, egisse te de nuptiis*

865 s.: *generum placere; postremo etiam, si voles, desponsam quoque esse dicito*

ACTUS V

I

Menedemus Chremes

879 s.: *ohe iam desine deos, uxor, gratulando obtundere tuam esse inventam gnatam, nisi illos ex tuo ingenio iudicas*

885: *gaudere adeo coepit quasi qui cupiunt nuptias*

891 ss.: *nam ubi desponsam nuntiasti filio, continuo iniecisse verba tibi Dromonem scilicet, sponsae vestem aurum atque ancillas opus esse: argentum ut dares*

895: *magis unum etiam instare ut hodie conficiantur nuptiae*

908 s.: *Menedeme, occidi. quam ob rem? decem dierum vix mihi est familia*

925 s.: *fac te patrem esse sentiat; fac ut audeat tibi credere omnia, abs te petere et poscere*

935 ss.: *quid hoc quod rogo, ut illa nubat nostro? nisi quid est quod mage vis. immo et gener et adfines placent. quid doti' dicam te dixisse filio? quid obticuisti? dotis? ita dico. ah! Chreme, nequid vereare, si minu': nil nos dos movet. duo talenta pro re nostra ego esse decrevi satis; sed ita dictu opus est, si me vis salvom esse et rem et filium, me mea omnia bona doti dixisse illi*

943: *id mirari te simulato et illum hoc rogitato simul quam ob rem id faciam*

947: *sine me in hac re gerere mihi morem*

948 s.: *ac iam uxorem ut accersat paret. hic ita ut liberos est aequom dictis confutabitur*

953 s.: *non, ita me di ament, auderet facere haec viduae mulieri quae in me fecit*

II

Clitipho Menedemus Chremes Syrus

956: *quid ego tantum sceleris admisi miser?*

960: *quid me incusas, Clitipho?*

962 ss.: *ubi te vidi animo esse omisso et suavia in praesentia quae essent prima habere neque consulere in longitudinem:*

cepi rationem ut neque egeres neque ut haec posses perdere. ubi quoi decuit primo, tibi non licuit per te mihi dare, abii ad proximum tibi qui erat; ei commisi et credidi

969: *satius est quam te ipso herede haec possidere Bacchidem*

973 ss.: *quae istast pravitas quaeve amentias, quod peccavi ego, id obesse huic? ilicet. ne te admisce: nemo accusat, Syre, te: nec tu aram tibi nec precatorem pararis. quid agi'? nil suscenseo neque tibi nec tibi; nec vos est aequom quod facio mihi*

Clitipho Syrus

979: *ita nos alienavit. tibi iam esse ad sororem intellego*

984: *non esse horum te arbitror. quid istuc, Syre? satin sanus es?*

986: *tu diiudica*

989 ss.: *nunc filia postquamst inventa vera, inventast causa qui te expellerent. est veri simile. an tu ob peccatum hoc esse illum iratum putas?*

992: *matres omnes filiis in peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria solent esse*

998 ss.: *tam facillume patri' pacem in leges conficiet suas. etiam haud scio anne uxorem ducat: ac Syro nil gratiae!*

1002: *eum mihi precatorem paro: seni nostro fide nil habeo*

III

Sostrata Chremes

1006 s.: *nullamne ego rem umquam in vita mea volui quin tu in ea re mi fueris advorsatrix, Sostrata!*

1011: *iniquos es qui me tacere de re tanta postules. non postulo iam*

1013: *subditum se suspicatur. "subditum" ain tu?*

1016: *egon confitear meum non esse filium, qui sit meus?*

1019: *id quod consimilest moribus convinces facile ex te natum*

IV

Clitipho Sostrata Chremes

1027 ss.: *quod peto aut quod volo, parentes meos ut conmonstres mihi. obsecro, mi gnate, ne istuc in animum inducas tuom alienum esse te*

1030: *ita mihi atque huic sis superstes ut ex me atque ex hoc natus es*

1033: *gerro iners fraus helluo ganeo's damnosu'*

1034 ss.: *non sunt haec parenti' dicta. non, si ex capite sis meo natus, item ut aiunt Minervam esse ex love, ea causa magis patiar, Clitipho, flagitiis tuis me infamem fieri. di istaec prohibeant! deos nescio: ego, quod potero, sedulo. quaeris id*

quod habes, parentes; quod abest non quaeris, patri quo modo obsequare et ut serves quod labore invenerit

V

Menedemus Chremes Sostrata Clitipho

1045 ss.: *Enimvero Chreme<s> nimi' graviter cruciat adulescentulum nimi' que inhumane: exeo ergo ut pacem conciliem. optume ipsos video. ehem, Menedeme, quor non accersi iubes filiam et quod doti' dixi firmas?*

1050: *egon mea bona ut dem Bacchidi dono sciens?*

1054 s.: *ea lege hoc adeo faciam, si facit quod ego hunc aequom censeo. pater, omnia faciam: impera. uxorem ut ducas. ater ..! nil audio. ad me recipio: faciet*

1060: *gnate mi, ego pol tibi dabo illam lepidam, quam tu facile ames, filiam Phanocratae nostri*

1064: *immo, quandoquidem ducendast, egomet habeo propemodum quam volo*

Hecyra

Prologus

I

6 s.: *et is qui scripsit hanc ob eam rem noluit iterum referre ut iterum possit vendere*

Prologus

II

10 s.: *sinite exorator sim eodem ut iure uti senem liceat quo iure sum usus adulescentior*

21 s.: *ita poetam restitui in locum prope iam remmotum iniuria advorsarium ab studio atque ab labore atque arte musica*

26 ss.: *ut in otio esset potiu' quam in negotio, deterruissem facile ne alias scriberet. nunc quid petam mea causa aequo animo adtendite*

37 s.: *vetere in nova coepi uti consuetudine in experiundo ut essem*

45 ss.: *vobis datur potestas condecorandi ludos scaenicos. nolite sinere per vos artem musicam recidere ad paucos: facite ut vostra auctoritas meae auctoritati fautrix adiutrixque sit*

52 ss.: *sinite impetrare me, qui in tutelam meam studium suum et se in vostram commisit fidem, ne eum circumventum inique iniqui inrideant. mea causa causam accipite et date silentium, ut lubeat scribere aliis mihi ut discere novas expediat posthac pretio emptas meo*

ACTUS I

I

Philotis Syra

60: *vel hic Pamphilus iurabat quotiens Bacchidi, quam sancte, uti quis facile posset credere, numquam illa viva ducturum uxorem domum! em duxit*

68 s.: *quin ita paret sese abs te ut blanditiis suis quam minimo pretio suam voluptatem expleat*

71 ss.: *tamen pol eandem iniuriumst esse omnibus. iniurium autem est ulcisci advorsarios, aut qua via te captent eadem ipsos capi?*

II

Parmeno Philotis Syra

90 ss.: *non dici potest quam cupida eram huc redeundi, abeundi a milite vosque hic vivendi, antiqua ut consuetudine agitarem inter vos libere convivium. nam illi[c] haud licebat nisi praefinito loqui quae illi placerent*

97 ss.: *quod ego numquam credidi fore, ut ille hac viva posset animum inducere uxorem habere. habere autem? eho tu, an non habet? habet, sed firmae haec vereor ut sint nuptiae. ita di deaeque faxint, si in rem est Bacchidis*

106 ss.: *ita me di amabunt, haud propterea te rogo, uti hoc proferam, sed ut tacita mecum gaudeam. numquam tam dices commode ut tergum meum tuam in fidem committam*

112 s.: *si mihi fidem das te tacituram, dicam. ad ingenium redis. fidem do: loquere*

116: *quom pater uxorem ut ducat orare occipit*

124 ss.: *despondit ei gnatam hui(u)s vicini proxumi. usque illud visum est Pamphilo ne utiquam grave donec iam in ipsis nuptiis, postquam videt paratas nec moram ullam quin ducat dari*

134 ss.: *at te di deaeque perduint cum istoc odio, Lache! ut ad pauca redeam, uxorem deducit domum. nocte illa prima virginem non attigit; quae consecutast nox eam, nihilo magis*

142: *ille invitus illam duxerat*

146 ss.: *seque ante quam eam uxorem duxisset domum, sperasse eas tolerare posse nuptias. "sed quam decrerim me non posse diutius habere, eam ludibrio haberi, Parmeno, quin integram itidem reddam, ut accepi ab suis, neque honestum mihi neque utile ipsi virginist"*

154 ss.: *reddi patri autem, quoi tu nil dicas viti, superbumst. sed illam spero, ubi hoc cognoverit non posse se mecum esse, abituram denique*

163 ss.: *ad exemplum ambarum mores earum existimans. haec, ita uti liberali esse ingenio decet, pudens modesta incommoda atque iniurias viri omnis ferre et tegere contumelias*

168 ss.: *partim victus hui(u)s iniuriis paullatim elapsust Bacchidi atque huc transtulit amorem, postquam par ingenium nactus est. interea in Imbro moritur cognatus senex horunc: ea ad hos redibat lege hereditas*

176 s.: *quid adhuc habent infirmitatis nuptiae? nunc audies. primo dies complusculos bene convenibat sane inter eas*

180: *neque lites ullae inter eas, postulatio numquam*

184 s.: *simulat se ad matrem accersi ad rem divinam, abit. ubi illic dies est compluris, accersi iubet*

189 s.: *hoc ubi senex rescivit, heri ea causa rure huc advenit, patrem continuo convenit Philumenae*

195 s.: *nam constitui cum quodam hospite me esse illum conventuram. di vortant bene quod agas!*

ACTUS II

I

Laches Sostrata

198 ss.: *Pro deum atque hominum fidem, quod hoc genus est, quae haec est coniuratio! utin omnes mulieres eadem aequae studeant nolintque omnia*

201: *itaque adeo uno animo omnes socrus oderunt nurus*

205 ss.: *me miseram, quae nunc quam ob rem accuser nescio hem tu nescis? non, ita me di bene ament, mi Lache, itaque una inter nos agere aetatem liceat. di mala prohibeant. meque abs te inmerito esse accusatam post modo rescisces*

210: *quae me et te et familiam dedecoras, filio luctum paras; tum autem ex amicis inimici ut sint nobis adfines facis, qui illum decrerunt dignum suos quos liberos committerent*

222: *quod si scissem illa hic maneret potiu', tu hinc isse foras*

225 ss.: *sumptus vestros otiumque ut nostra res posset pati, meo labori haud parcens praeter aequom atque aetatem meam. non te pro his curasse rebu' nequid aegre esset mihi! non mea opera neque pol culpa evenit*

229 ss.: *in te omnis haeret culpa sola, Sostrata. quae hic erant curares, quom ego vos curis solvi ceteris. cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet? illi(u)s dices culpa factum?*

233 s.: *gaudeo, ita me di ament, gnati causa; nam de te quidem sati' scio peccando detrimenti nil fieri potest*

239 ss.: *tuos esse ego illi mores morbum mage quam ullam aliam rem arbitror, et merito adeo; nam vostrarum nullast quin gnatum velit ducere uxorem; et quae vobis placitast condicio datur: ubi duxere impulsu vostro, vostro impulsu easdem exigunt*

II

Phidippus Laches Sostrata

243 ss.: *Etsi scio ego, Philumena, meum ius esse ut te cogam quae ego imperem facere, ego tamen patrio animo victu' faciam ut tibi concedam neque tuae lubidini advorsabor*

249: *nunc video in illarum potestate esse te*

252 ss.: *haud ita decet, si perpetuam hanc vis esse adfinitatem, celare te iras. siquid est peccatum a nobis profer: aut ea refellendo aut purgando vobis corrigemus te iudice ipso. sin east causa retinendi apud vos quia aegrast, te mihi iniuriam facere arbitror, Phidippe, si metui' satis ut meae domi curetur diligenter. at ita me di ament, haud tibi hoc concedo –[etsi] illi pater es – ut tu illam salvam mage velis quam ego*

262: *eo domum studeo haec priu' quam ille redeat*

267 ss.: *eho num quid nam accusat virum? minime. nam postquam attendi magis et vi coepi cogere ut rediret, sancte adiurat non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare*

273: *nam est quod me transire ad forum iam oportet*

III

Sostrata

274 ss.: *Edepol ne nos sumus inique aequae omnes invisae viris propter paucas, quae omnes faciunt dignae ut videamur malo. nam ita me di ament, quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam. sed non facile est expurgatu: ita animum induxerunt socrus omnis esse iniquas: haud pol mequidem: nam numquam secus habui illam ac si ex me esset gnata*

ACTUS III

I

Pamphilus Parmeno(Myrrina)

287: *omne quod est interea tempu' priu' quam id rescitumst lucrost*

291: *rem cognosces, iram expedies, rursus in gratiam restitues*

294 s.: *priu' quam hanc uxorem duxi habebam alibi animum amori deditum; tamen numquam ausu' sum recusare eam quam mi obtrudit pater*

299: *tum matrem ex ea re me aut uxorem in culpa inventurum arbitror*

301 s.: *nam matri' ferre iniurias me, Parmeno, pietas iubet; tum uxori obnoxius sum: ita olim suo me ingenio pertulit, tot meas iniurias quae numquam in ullo patefecit loco*

306 s.: *si vis vero veram rationem exsequi, non maxumas quae maxumae sunt interdum irae iniurias faciunt*

310: *pueri inter sese quam pro levibu' noxiis iras gerunt quapropter?*

312: *itidem illae mulieres sunt ferme ut pueri levi sententia*

316 s.: *noli fabularier. pro Iuppiter, clamorem audivi. tute loqueris, me vetas. tace obsecro, mea gnata*

323: *quid morbi est?*

330 ss.: *si forte morbus amplior factus siet (quod sane nolim, maxume eri causa mei), servom ilico introisse dicent Sostratae, aliquid tulisse comminiscentur mali capiti atque aetati illorum morbu' qui actu' sit: era in crimen veniet, ego vero in magnum malum*

II

Sostrata Parmeno Pamphilus

337: *male metuo ne Philumenaе mage morbus adgravescat*

341: *non visam uxorem Pamphili, quom in proxumo hic sit aegra?*

354 s.: *utinam istuc ita di faxint! quid tu igitur lacrimas? aut quid es tam tristi'?*

357: *quid morbi est? febris*

III
Pamphilus

365 s.: *alio suspicans morbo me visurum adfectam ac sensi esse uxorem*

373: *postquam intro adveni, extemplo eiu' morbum cognovi miser*

378: *iam ut limen exirem, ad genua accidit lacrumans misera*

384: *nunc huc confugit te atque alios partum ut celaret suom*

387 s.: *per eam te obsecramus ambae, si ius si fas est, uti advorsa eiu' per te tecta tacitaque apud omnis sient*

391 ss.: *ceterum de redducenda id facias quod in rem sit tuam. parturire eam nec gravidam esse ex te solus consciu': nam aiunt tecum post duobu' concubuisse [eam] mensibus. tum, postquam ad te venit, mensis agitur hic iam septimus*

398 ss.: *sed si id fieri non potest quin sentiant, dicam abortum esse: scio nemini aliter suspectum fore quin, quod veri similest, ex te recte eum natum putent. continuo exponetur: hic tibi nil est quicquam incommodi et illi miserae indigne factam iniuriam contexeris. pollicitus sum et servare in eo certumst quod dixi fidem. nam de redducenda, id vero ne utiquam honestum esse arbitror nec faciam, etsi amor me graviter consuetudoque ei(u)s tenet*

410 s.: *nam olim soli credidi ea me abstinuisse in principio quom datast*

IV

Parmeno Sosia Pamphilus

423 ss.: *ita usque advorsa tempestate usi sumus. odiosum. haud clam me est. denique hercle aufugerim potius quam redeam, si eo mihi redeundum sciam. olim quidem te causae inpellebant leves, quod nunc minitare facere, ut faceres, Sosia*

432: *Callidemidem hospitem Myconium, qui mecum una vectust, conveni*

437 s.: *immo quod constitui me hodie conventurum eum, non posse, ne me frustra illi exspectet*

441: *di illum perduint!*

444 ss.: *prorsus nescio quo pacto hoc celem quod me oravit Myrrina, suae gnatae partum; nam me miseret mulieris. quod potero faciam, tamen ut pietatem colam; nam me parenti potiu' quam amor obsequi oportet*

V

Laches Phidippus Pamphilus

452: *causam quam dicam patri quam ob rem non redducam nescio*

458 ss.: *cedo, quid reliquit Phania consobrinu' noster? sane hercle homo voluptati obsequens fuit dum vixit; et qui sic sunt haud multum heredem iuvant*

463 s.: *tum tu igitur nil attulisti plus una hac sententia? quidquid est id quod reliquit, profuit*

469: *at istos invidos di perdant qui haec lubenter nuntiant*

474 ss.: *namque eo pacto maxume apud te meo erit ingenio fides, quom illa, quae nunc in me iniquast, aequa de me dixerit. neque mea culpa hoc discidium evenisse, id testor deos*

479 ss.: *neque alio pacto componi potest inter eas gratia, segreganda aut mater a me est, Phidippe, aut Philumena nunc me pietas matri' potiu' commodum suadet sequi*

490 ss.: *illique exopto ut relicuam vitam exigat cum eo viro me qui sit fortunatior, quandoquidem illam a me distrahit necessitas. tibi id in manust ne fiat. si sanus sies: iube illam redire*

498: *quam ob rem te orabam filiam ut remitteres*

501: *si est ut velit redducere uxorem, licet; sin aliost animo, renumeret dotem huc, eat*

507 s.: *etiam mecum litigas? deliberet renuntietque hodie mihi velitne an non, ut alii, si huic non est, siet*

510 s.: *quid mea? postremo inter se transigant ipsi ut lubet, quando nec gnatu' neque hic mi quicquam obtemperant, quae dico parvi pendunt. porto hoc iurgium ad uxorem quoi(u)s haec fiunt consilio omnia, atque in eam hoc omne quod mihi aegrest evomam*

ACTUS IV

I

Myrrhina Phidippus

527 s.: *peperit filia: hem taces? ex qui? istuc patrem rogare est aequom. perii! ex quo censes nisi ex illo quoi datast nuptum obsecro?*

531: *praesertim quom et recte et tempore suo pepererit*

534 s.: *potiu' quam advorsum animi tui lubidinem esset cum illo nupta! ego etiam illorum esse hanc culpam credidi, quae test penes*

537 s.: *quom illum generum cepimus: nam negabas nuptam posse filiam tuam te pati cum eo qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris*

544 ss.: *sed ut olim te ostendisti, eadem esse nil cessavisti usque adhuc ut filiam ab eo abduceres neu quod ego egissem esset ratum. id nunc res indicium haec facit quo pacto factum volueris. adeon me esse pervicacem censes, quoi mater siem, ut eo essem animo, si ex usu esset nostro hoc matrimonium? tun prospicere aut iudicare nostram in rem quod sit potes?*

554 ss.: *nam si is posset ab ea sese derepente avellere quicum tot consuisset annos, non eum hominem ducerem nec virum satiù firmum gnatae*

558: *roga velitne uxorem an non: si est ut dicat velle se, redde*

560 ss.: *siquidem ille ipse non volt et tu sen[si]sti in eo esse, Myrrina, peccatum, aderam quoi(u)s consilio fuerat ea par*

prospici. quam ob rem incendor ira esse ausam facere haec te iniussu meo. interdico ne extulisse extra aedis puerum usquam velis

565: *ibo intro atque edicam servis nequoquam efferri sinant*

570 s.: *hoc mi unum ex plurimis miseriis relicuom fuerat malum, si puerum ut tollam cogit, quoi(u)s nos qui sit nescimus pater*

576: *quom sciet alienum puerum tolli pro suo*

II

Sostrata Pamphilus (Laches)

577 s.: *Non clam me est, gnate mi, tibi me esse suspectam, uxorem tuam propter meos mores hinc abisse, etsi ea dissimulas sedulo. verum ita me di ament itaque optingant ex te quae exoptem mihi*

581 ss.: *teque ante quod me amare rebar, ei rei firmasti fidem; nam mi intu' tuo' pater narravit modo quo pacto me habueris praepositam amoris tuo: nunc tibi me certumst contra gratiam referre*

586 ss.: *ego rus abituram hinc cum tuo me esse certo decrevi patre, ne mea praesentia obstet neu causa ulla restet relicua quin tua Philumena ad te redeat*

592: *tum tuas amicas te et cognatas deserere et festos dies mea causa nolo*

599: *et me hac suspicione exsolvam et illis morem gessero*

604: *mi gnate, da veniam hanc mihi, redduc illam*

III

Laches Sostrata Pamphilus

614: *quia de uxore incertu' sum etiam quid sim facturus. quid est? quid vis facere nisi redducere?*

616 s.: *ex usu quod est id persequar: credo ea gratia concordēs [magis], si non redducam, fore*

620: *e medio aequom excedere est*

IV

Phidippus Laches Pamphilus

630 s.: *nullam de his rebu' culpam commeruit tua: a Myrrina haec sunt mea uxore exorta omnia*

634 ss.: *dum ne redducam, turbent porro quam velint. ego, Pamphile, esse inter nos, si fieri potest, adfinitatem hanc sane perpetuam volo; sin est ut aliter tua siet sententia, accipias puerum. sensit peperisse: occidi. puerum? quem puerum? natus est nobis nepos. nam abducta a vobis praegnas fuerat filia, neque fuisse praegnatem umquam ante hunc scivi diem. bene, ita me di ament, nuntias*

643 s.: *sed quid mulieris uxorem habes aut quibu' moratam moribus? nosne hoc celatos tam diu!*

649: *nunc non est quom eam [con]sequitur alienus puer*

651 ss.: *hunc videre saepe optabamus diem quom ex te esset aliqui' qui te appellaret patrem. evenit: habeo gratiam dis. nullu' sum. redduc uxorem ac noli advorsari mihi. pater, si ex me illa liberos vellet sibi aut sese mecum nuptam, sati' certo scio, non clam me haberet quae celasse intellego. nunc quom eius alienum esse animum a me sentiam (nec conventurum inter nos posthac arbitror), quam ob rem redducam?*

662 s.: *censen te posse reperire ullam mulierem quae careat culpa? an quia non delincunt viri?*

665 s.: *remissan opu' sit vobis reductan domum. uxor quid faciat in manu non est mea*

668 s.: *sed quid faciemu' puero? ridicule rogas: quidquid futurumst, huic suom reddas scilicet ut alamu' nostrum. quem ipse neglexit pater, ego alam? quid dixti? eho an non alemu', Pamphile? prodemu' quaeso potiu'?*

677 s.: *primum hanc ubi dixti causam, te propter tuam matrem non posse habere hanc uxorem domi, pollicitast ea se concessuram ex aedibus*

685 ss.: *sumptus quos fecisti in eam quam animo aequo tuli! egi atque oravi tecum uxorem ut duceres, tempus dixi esse: impulsu duxisti meo; quae tum obsecutu' mihi fecisti ut decuerat. nunc animum rursus ad meretricem induxti tuom; quoi tu obsecutu' facis huic adeo iniuriam*

692 s.: *et facis iniuriam; confingi' falsas causas ad discordiam, ut cum illa vivas, testem hanc quom abs te amoveris*

697 s.: *plane hic divinat: nam id est. dabo iusiurandum nil esse istorum mihi. ah redduc uxorem aut quam ob rem non opu' sit cedo*

699: *puerum accipias; nam is quidem in culpa non est*

704: *nam puerum iniussu credo non tollent meo, praesertim in ea re quom sit mihi adiutrix socrus*

708: *puerum, Phidippe, mihi cedo: ego alam*

714: *nam omnino abhorrere animum huic video a nuptiis*

717: *oremus accusemu' graviu' denique minitemur si cum illo habuerit rem postea*

720: *huc evoca verbis meis*

723: *manere adfinitatem hanc inter nos volo*

ACTUS V

I

Bacchis Laches

737: *nam iam aetate ea sum ut non siet peccato mi ignosci aequom*

740: *inscitum offerre iniuriam tibi [me] inmerenti iniquom est*

742: *nam qui post factam iniuriam se expurget parum mi prosit*

744: *uxorem hanc priu' quam duxit, vostrum amorem pertuli*

745: *hic nunc uxorem habet*

748 ss.: *et filiam abduxit suam, puerumque ob eam rem clam voluit, natu' qui est, extinguere. aliud si scirem qui firmare meam apud vos possem fidem sanctius quam iusiurandum, id pollicerer tibi, Lache, me segregatum habuisse, uxorem ut duxit, a me Pamphilum*

754: *eas ad mulieres huc intro atque istuc iusiurandum idem polliceare illis. exple animum is teque hoc crimine expedi*

758 ss.: *sed nolo esse falsa fama gnatum suspectum tuom, nec leviozem vobis, quibus est minime aequom, eum viderier inmerito; nam meritu' de me est quod queam illi ut commodem. facilem benivolumque lingua tua iam tibi me reddidit*

II

Phidippus Laches Bacchis

769 ss.: *sed quom tu satura atque ebria eri', puer ut satur sit facito. noster socer, video, venit: puero nutricem adducit. Phidippe, Bacchis deierat persancte ...*

773 ss.: *ancillas dedo: quolubet cruciatu per me exquire. haec res hic agitur: Pamphilo me facere ut redeat uxor oportet*

777 ss.: *Phidippe, nostras mulieres suspectas fuisse falso nobis in re ipsa invenimus: porro hanc nunc experiamur. nam si*

*compererit crimini tua se uxor credidisse, missam iram faciet;
sin autem est ob eam rem iratu' gnatus quod peperit uxor clam,
id levest*

782: *profecto in hac re nihil malist quod sit discidio dignum*

786: *quaeso edepol, Bacchi', quod mihi es pollicita tute ut serves*

789: *nam nupta meretrici hostis est, a viro ubi segregatast*

791: *at easdem amicas fore tibi promitto rem ubi cognorint*

III

Parmeno Bacchis

799: *Edepol ne meam erus esse operam deputat parvi preti*

801: *Myconium hospitem dum exspecto in arce Callidemidem*

804: *"hospitem ecquem Pamphilum hic habes?" omnes
negabant*

806: *sed quid Bacchidem ab nostro adfina exeuntem video?*

814: *nam hodie mihi potestas haud datast*

Bacchis

818 ss.: *gnatum ei restituo, qui paene harunc ipsi(u)sque opera
periiit; uxorem, quam numquam est ratus posthac se habiturum,
reddo: qua re suspectu' suo patri et Phidippo fuit, exsolvi*

826: *ille alias res agere se simulare*

834: *neque enim est in rem nostram ut quisquam amator nuptiis laetetur*

838: *incommode mihi nuptiis evenit, factum fateor*

840: *multa ex quo fuerint commoda, ei(u)s incommoda aequomst ferre*

IV

Pamphilus Parmeno Bacchis

847: *eaque hoc te mihi nuntiare iussit*

849: *egon pro hoc te nuntio qui donem?*

852 s.: *egon qui ab Orco mortuom me reducem in lucem feceris sinam sine munere a me abire?*

860: *at tu ecastor morem antiquom atque ingenium obtines*

862: *recte amasti, Pamphile, uxorem tuam*

868 ss.: *quos non autem aequomst scire neque resciscent neque scient. immo etiam qui hoc occultari facilius credas dabo. Myrrina ita Phidippo dixit iureiurando meo se fidem habuisse et propterea te sibi purgatum. optumest*

874: *ego hunc ab Orco mortuom quo pacto...!*

Phormio

ACTUS I

I

Davos

36 ss.: erat ei de ratiuncula iampridem apud me relicuom pauxillulum nummorum: id ut conficerem. confeci: adfero. nam erilem filium eiu' duxisse audio uxorem: ei credo munus hoc conraditur

43 ss.: quod ille unciatim vix de demenso suo suom defrudans genium conpersit miser, id illa univorsum abripiet, haud existumans quanto labore partum. porro autem Geta ferietur alio munere ubi era pepererit; porro autem alio ubi erit puero natalis dies; ubi initiabunt. omne hoc mater auferet. puer causa erit mittundi

II

Geta Davos

52 ss.: accipe, em. lectumst; conveniet numeru' quantum debui. amo te et non neglexisse habeo gratiam. praesertim ut nunc sunt mores. adeo res redit: si quis quid reddit magna habendast gratia

60 s.: quoi(u)s tu fidem in pecunia perspexeris, verere verba ei credere, ubi quid mihi lucrast te fallere?

62 s.: hanc operam tibi dico. Seni' nostri, Dave, fratrem maiorem Chremem nostin?

65 ss.: *evenit senibus ambobus simul iter illi in Lemnum ut esset, nostro in Ciliciam ad hospitem antiquom. is senem per epistulas pellexit modo non montis auri pollicens. quoi tanta erat res et supererat?*

70 ss.: *oh regem me esse oportuit! abeuntes ambo hic tum senes me filiis relinquont quasi magistrum. o Geta, provinciam cepisti duram. mi usu venit, hoc scio: memini relinqui me deo irato meo*

83 s.: *ea serviebat lenoni impurissimo, neque quod daretur quicquam; id curarant patres*

94: *ac modo paupertas mihi onu' visumst et miserum et grave*

97 s.: *ea sita erat exadvorsum neque illi benivolus neque notu' neque vicinus extra unam aniculam quisquam aderat qui adiutaret funu'*

112 ss.: *obsecrat ut sibi eiu' faciat copiam; illa enim se negat neque eum aequom facere ait: illam civem esse Atticam, bonam bonis prognatam: si uxorem velit, lege id licere facere: sin aliter, negat*

117 ss.: *et illam ducere cupiebat et metuebat absentem patrem. non, si redisset, ei pater veniam daret? ille indotatam virginem atque ignobilem daret illi?*

123 ss.: *qui illum di omnes perduint! quid is fecit? hoc consilium quod dicam dedit: "lex est ut orbae, qui sint genere proxumi, is nubant, et illos ducere eadem haec lex iubet. ego te cognatum dicam et tibi scribam dicam; paternum amicum me adsimulabo virginis: ad iudices veniemu'; qui fuerit pater, quae mater, qui*

cognata tibi sit, omnia haec confingam, quod erit mihi bonum atque commodum; quom tu horum nil refelles vincam scilicet. pater aderit: mihi paratae lites. quid mea? illa quidem nostra erit"

138 ss.: *quod fors feret feremus aequo animo. placet: em istuc virist officium. in me omnis spes mihist. laudo. ad precatorem adeam credo qui mihi sic oret*

143: *ubi ego hinc abiero, vel occidito*

III

Antipho Phaedria

161: *dum exspecto quam mox veniat qui adimat hanc mi consuetudinem*

165 s.: *ita me di bene ament ut mihi liceat tam diu quod amo frui, iam depecisci morte cupio*

168 s.: *ut ne addam quod sine sumptu ingenuam, liberalem nactus es, quod habes, ita ut voluisti, uxorem sine mala fama palam*

174: *quoi de integro est potestas etiam consulendi quid velis: retinere amare amittere*

IV

Geta Antipho Phaedria

189 ss.: *recte ego mihi vidissem et senis essem ultus iracundiam: aliquid convasassem atque hinc me conicerem protinam in pedes. quam hic fugam aut furtum parat?*

195: *sati' pro imperio, quisquis es*

198: *occidi*

199: *hui(u)s patrem vidisse me et patruom tuom*

203: *tanto mage te advigilare aequomst: fortis fortuna adiuvat*

205: *nam si senserit te timidum pater esse, arbitrabitur
commeruisse culpam*

214: *vi coactum te esse invitum. lege, iudicio*

219 s.: *tu iam litis audies; ego plectar pendens nisi quid me
fefellerit*

222 ss.: *id nosmet ipsos facere oportet, Phaedria. aufer mi
"oportet"; quin tu quid faciam impera. meministin olim ut fuerit
vostra oratio in re incipiunda ad defendendam noxiam, iustam
illam causam facilem vincibilem optumam?*

ACTUS II

I

Demipho Phaedria Geta

231: *Itane tandem uxorem duxit Antipho iniussu meo? nec
meum imperium — ac mitto imperium -, non simultatem meam
revereri saltem! non pudere! o facinus audax, o Geta monitor!*

235 s.: *"invitu' feci. lex coegit"? audio, fateor. places. verum
scientem, tacitum causam tradere advorsariis, etiamne id lex
coegit?*

242 ss.: *tum maxume meditari secum oportet quo pacto advorsam aerumnam ferant, pericla damna exsilia: peregre rediens semper cogitet aut fili peccatum aut uxoris mortem aut morbum filiae communia esse haec, fieri posse, ut ne quid animo sit novom; quidquid praeter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro. o Phaedria, incredibile[st] quantum erum ante eo sapientia meditata mihi sunt omnia mea incommoda eru' si redierit. molendum esse in pistrino, vapulandum; habendae compedes, opu' ruri faciundum*

251: *quidquid praeter spem eveniet, omne id deputabo esse in lucro*

258: *bonas me absente hic confecistis nuptias*

261 ss.: *nunc sua culpa ut sciat lenem patrem illum factum me esse acerrimum. atqui nil fecit, patruae, quod suscenseas*

266: *hic in noxast, ille ad defendundam causam adest; quom illest, hic praestost: tradunt operas mutuas*

270 ss.: *si est, patruae, culpam ut Antipho in se admiserit, ex qua re minu' rei foret aut famae temperans, non causam dico quin quod meritu' sit ferat. sed siqui' forte malitia fretus sua insidias nostrae fecit adulescentiae ac vicit, nostra[n] culpa ea est an iudicum, qui saepe propter invidiam adimunt diviti aut propter misericordiam addunt pauperi?*

279 ss.: *an quisquam iudex est, qui possit noscere tua iusta, ubi tute verbum non respondeas, ita ut ille fecit? functus adulescentulist officium liberali': postquam ad iudices ventumst,*

*non potuit cogitata proloqui, ita eum tum timidum ibi
obstupefecit pudor*

287 ss.: *oh bone custos, salve, columen vero familiae, quoi
commendavi filium hinc abiens meum. iamdudum te omnis
nos accusare audio inmerito et me omnium horunc
inmeritissimo*

292: *servom hominem causam orare leges non sinunt neque
testimoni dictiost*

295 ss.: *verum si cognata est maxume, non fuit necessum habere;
sed id quod lex iubet, dotem daret', quaereret alium virum. qua
ratione inopem potiu' ducebat domum? non ratio, verum ar-
gentum deerat. sumeret alicunde. alicunde? Nihil est dictu
facilius. postremo si nullo alio pacto, fenore. hui dixti pulchre!
siquidem quisquam crederet te vivo. non, non sic futurumst:
non potest. egon illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?*

307: *nemp' Phormionem? istum patronum mulieris. iam faxo
hic aderit*

311 ss.: *ego deos Penatis hinc salutatum domum devortar;
inde ibo ad forum atque aliquos mihi amicos advocabo ad
hanc rem qui adsient, ut ne inparatu' sim si veniat Phormio*

II

Phormio Geta

322 s.: *quid vis nisi uti maneat Phanium atque ex crimine hoc
Antiphonem eripiam atque in me omnem iram derivem senis?*

325 ss.: *vereor, ne istaec fortitudo in nervom erumpat denique. ah non ita est: factumst periculum, iam pedum visast via. quot me censes homines iam deverberasse usque ad necem, hospites, tum civis? quo mage novi, tanto saepius. cedo dum, enumquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam?*

334 ss.: *mihi sciunt nil esse. dices: "ducent damnatum domum": alere nolunt hominem edacem et sapiunt mea sententia, pro maleficio si beneficium summum nolunt reddere*

339 s.: *ten asymbolum venire unctum atque lautum e balineis, otiosum ab animo, quom ille et cura et sumptu absumitur!*

344 s.: *haec quom rationem ineas quam sint suavia et quam cara sint, ea qui praebet, non tu hunc habeas plane praesentem deum?*

III

Demipho Hegio Cratinus Crito Phormio Geta

348 s.: *Enumquam quoiquam contumeliosius audisti' factam iniuriam quam haec est mihi? adeste quaeso iratus est*

351 ss.: *pro deum immortalium, negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho? hanc Demipho negat esse cognatam? negat. neque ei(u)s patrem se scire qui fuerit? negat. ipsum esse opinor de quo agebam: sequimini. nec Stilponem ipsum scire qui fuerit? negat. quia egens relictast misera, ignoratur parens, negligitur ipsa: vide avaritia quid facit*

360 ss.: *etiam me ultro accusatum advenit? nam iam adulescenti nil est quod suscenseam, si illum minu' norat;*

quippe homo iam grandior, pauper, quoi opera vita erat, ruri fere se continebat; ibi agrum de nostro patre colendum habebat. saepe interea mihi senex narrabat se hunc neglegere cognatum suum: at quem virum! quem ego viderim in vita optimum

369 ss.: nam ni ita eum existumassem, numquam tam gravis ob hanc inimicitias caperem in vostram familiam, quam is aspernatur nunc tam inliberaliter

373: bonorum extortor, legum contortor!

380 ss.: quem amicum tuum ais fuisse istum, explana mihi, et qui cognatum me sibi esse diceret. proinde expiscare quasi non nosses. nossem? ita. ego me nego: tu qui ais redige in memoriam. eho tu, sobrinum tuum non noras? enicas. dic nomen. nomen? maxime. quid nunc taces? perii hercle, nomen peridi. [hem] quid ais? (Geta, si meministi id quod olim dictumst, subice.) hem non dico: quasi non nosses, temptatum advenis. ego autem tempto?

391 ss.: neque ego illum noram nec mihi cognatus fuit quisquam istoc nomine. itane? non te horum pudet? at si talentum rem reliquisset decem, di tibi malefaciant! primus esses memoriter progeniem vostram usque ab avo atque atavo proferens. ita ut dicis. ego tum quom advenissem qui mihi cognata ea esset dicerem; itidem tu face. cedo qui est cognata?

399 ss.: dilucide expedivi quibus me oportuit iudicibus: tum id si falsum fuerat, filius quor non refellit? filium narras mihi? quoi(u)s de stultitia dici ut dignumst non potest. at tu qui sapiens es magistratus adi iudicium de eadem causa iterum ut

reddant tibi, quandoquidem solu' regnas et soli licet hic de eadem causa bis iudicium adipiscier. etsi mihi facta iniuriast, verum tamen potius quam litis secter aut quam te audiam, itidem ut cognata si sit, id quod lex iubet dotis dare, abduc hanc, minas quinque accipe

411 ss.: num iniquom postulo? an ne hoc quidem ego adipiscar quod ius publicumst? itan tandem, quaeso, itidem ut meretricem ubi abusu' sis, mercedem dare lex iubet ei atque amittere? an, ut nequid turpe civis in se admitteret propter egestatem, proxumo iussast dari, ut cum uno aetatem degeret? quod tu vetas. ita, proxumo quidem; at nos unde? aut quam ob rem? ohe actum aiunt ne agas

421 ss.: postremo tecum nil rei nobis, Demipho, est; tuos est damnatu' gnatu', non tu: nam tua praeterierat iam ducendi aetas. omnia haec illum putato quae ego nunc dico dicere; aut quidem cum uxore hac ipsum prohibebo domo

436 ss.: nisi tu properas mulierem abducere, ego illam eiciam. dixi, Phormio. si tu illam attigeri' secu' quam dignumst liberam dicam tibi inpingam grandem

IV

Demipho Geta Hegio Cratinus Crito

441 s.: Quanta me cura et sollicitudine adfcicit gnatus, qui me et se hisce inpedivit nuptiis!

450 s.: quod te absente hic filius egit, restitui in integrum aequomst et bonum, et id impetrabi'

454 ss.: *quot homines tot sententiae: suo' quoique mos. mihi non videtur quod sit factum legibus rescindi posse; et turpe inceptust*

ACTUS III

I

Antipho Geta

466 s.: *itane te hinc abisse et vitam tuam tutandam aliis dedisse! alios tuam rem credidisti magis quam tete animum advorsuros?*

469 s.: *nequid propter tuam fidem decepta poteretur mali. quoi(u)s nunc miserae spes opesque sunt in te uno omnes sitae*

479: *mansurusque patruom pater est dum huc adveniat*

482 s.: *quantum metus est mihi venire huc salvom nunc patruom, Geta! nam per eius unam, ut audio, aut vivam aut moriar sententiam*

II

Phaedria Dorio Antipho Geta

491 ss.: *suo suat capiti. idem ego vereor. nondum mihi credis? hariolare. sin fidem do? fabulae! feneratum istuc beneficium pulchre tibi dices*

496: *tu mihi cognatu', tu parens, tu amicu', tu...*

500: *me ut phaleratis ducas dictis et meam ductes gratiis!*

509 ss.: *Pamphilam meam vendidit. quid? vendidit? ain? vendidit? vendidit. quam indignum facinus, ancillam aere emptam suo! nequeo exorare ut me maneat et cum illo ut mutet fidem triduum hoc, dum id quod est promissum ab amicis argentum aufero. si non tum dedero, unam praeterea horam ne oppertus sies*

517: *Pamphilamne hac urbe privari sines?*

519 ss.: *di tibi omnes id quod es dignus duint! ego te compluris advorsum ingenium meum mensis tuli pollicitantem et nil ferentem, flentem; nunc contra omnia haec repperi qui det neque lacrumet: da locum melioribus. certe hercle, ego si sati' commemini, tibi quidem est olim dies, quam ad dares huic, praestituta. factum. num ego istuc nego? iam ea praeteriit? non, verum haec ei - antecessit. non pudet vanitati'? minime, dum ob rem*

527: *itane tandem facere oportet?*

531 ss.: *sed utut haec sunt, tamen hoc faciam: cras mane argentum mihi miles dare se dixit: si mi prior tu attuleri', Phaedria, mea lege utar, ut potior sit qui prior ad dandumst*

III

Phaedria Antipho Geta

534 ss.: *unde ego nunc tam subito huic argentum inveniam miser, quoi minu' nihilost? quod, hic si pote fuisset exorariet triduum hoc, promissum fuerat*

537 ss.: *quin, quom opust, beneficium rursus ei experiemur reddere? scio equidem hoc esse aequom*

539 s.: *quid faciam? invenias argentum. cupio; sed id unde edoce pater adest hic*

543 s.: *non triumpho, ex nuptiis tuis si nil nanciscor mali, ni etiamnunc nunc me hui(u)s causa quaerere in malo iubeas crucem?*

554: *quaere obsecro, nequid plus minusve faxit quod nos post pigeat, Geta*

557 ss.: *quantum opus est tibi argenti, loquere. solae triginta minae. triginta? hui percarast, Phaedria. istaec vero vilis est. age age, inventas reddam*

ACTUS IV

I

Demipho Chremes

570 ss.: *simul autem non manebat aetas virginis meam negligentiam: ipsam cum omni familia ad me profectam esse aibant*

574: *pol me detinuit morbus. unde? aut qui? rogas? senectus ipsast morbu'*

579 ss.: *nam hanc condicionem siquoi tulero extrario, quo pacto aut unde mihi sit dicundum ordinest. te mihi fidelem esse aequae atque egomet sum mihi scibam. Ille, si me alienus adfinem volet, tacebit dum intercedet familiaritas; sin spreverit me, plus quam opus est scito sciet. vereorque ne uxor aliqua*

hoc resciscat mea: quod si fit, ut me excutiam atque egrediar domo id restat; nam ego meorum solu' sum meus

589: neque defetiscar usque adeo experirier donec tibi id quod pollicitus sum effecero

II

Geta Demipho Chremes

592 s.: venio ad hominem ut dicerem argentum opus esse, et id quo pacto fieret

605: si ab eo nil fiet, tum hunc adoriar hospitem

III

Antipho Geta Chremes Demipho

607: sed patruom video cum patre astantem

620 ss.: prendo hominem solum: "quor non," inquam "Phormio, vides inter nos sic haec potiu' cum bona ut componamu' gratia quam cum mala? Eru' liberalis est et fugitans litium

625: uno ore auctores fuere ut praecipitem hanc daret

627: an legibus daturum poenas dices, si illam eiecerit?

630: verum pone esse victum eum; ad tandem tamen non capitis ei(u)s res agitur sed pecuniae

633 ss.: "soli sumu' nunc hic", inquam; "eho [dic] quid vis dari tibi in manum, ut erus his desistat litibus, haec hinc facessat, tu molestu' ne sies?" satin illi di sunt propitii? "nam sat scio, si tu

aliquam partem aequi bonique dixeris, ut est ille bonu' vir, tria non commutabitis verba hodie inter vos"

641: *occidi! perge eloqui. a primo homo insanibat*

645 s.: *quaeso, quid si filiam suam unicam locaret? parvi retulit non suscepisse: inventast quae dotem petat*

650 ss.: *"ego, inquit, [iam] a principio amici filiam, ita ut aequom fuerat, volui uxorem ducere; nam mihi veniebat in mentem ei(u)s incommodum, in servitum pauperem ad ditem dari. sed mi opus erat, ut aperte tibi nunc fabuler, aliquantulum quae adferret qui dissolverem quae debeo: et etiam nunc si volt Demipho dare quantum ab hac accipio quae sponsast mihi, nullam mihi malim quam istanc uxorem dari"*

661: *"ager oppositust pignori ob decem minas" inquit. age age, iam ducat: dabo. "aediculae item sunt ob decem alias"*

665: *uxori emunda ancillulast*

667 ss.: *his rebu' pone sane: inquit decem minas. sescentas perinde scribito iam mihi dicas: nihil do. Inpuratu' me ille ut etiam inrideat? quaeso, ego dabo, quiesce: tu modo filium fac ut illam ducat nos quam volumus. ei mihi Geta, occidisti me tuis fallaciis. mea causa eicitur: me hoc est aequom amittere*

676: *nam illi mihi dotem iam constituerunt dare. iam accipiat: illis repudium renuntiet; hanc ducat*

679 s.: *opportune adeo argentum nunc mecum attuli, fructum quem Lemni uxori' reddunt praedia: inde sumam; uxori tibi opus esse dixero*

IV
Antipho Geta

682 ss.: *emunxi argento sense. satine est id? nescio hercle: tantum iussu' sum. eho, verbero, aliud mihi respondes ac rogo?*

687 ss.: *ut tequidem omnes di deaeque – superi inferi – malis exemplis perdant! em siquid velis, huic mandes, quod quidem recte curatum velis. quid minus utibile fuit quam hoc ulcus tangere aut nominare uxorem?*

693: *Phormio dotem si accipiet, uxor ducendast domum*

695: *ceterum quom argentum repetent, nostra causa scilicet in nervom potius ibit*

699 ss.: *iam si argentum acceperit, ducendast uxor, ut ais, concedo tibi: spatium quidem tandem apparandi nuptias, vocandi sacrificandi dabitur paullulum. interea amici quod polliciti sunt dabunt: inde iste reddet*

708: *interdixit hariolus; haruspex vetuit*

V
Demipho Chremes Geta

713 s.: *hoc temere numquam amittam ego a me quin mihi testis adhibeam. quom dem, et quam ob rem dem commemorabo*

720 ss.: *dicat eam dare nos Phormioni nuptum, ne suscenseat; et magis esse illum idoneum qui ipsi sit familiarior; nos nostro*

officio nihil digressos esse: quantum is voluerit, datum esse doti'

724 s.: non sat[is] est tuom te officium fecisse si non id fama adprobat: volo ipsiu' quoque voluntate haec fieri, ne se eiectam praedicet

ACTUS V

I

Sophrona Chremes

730: nam vereor era ne ob meum suasum indigna iniuria adficiatur

733 ss.: quod ut facerem egestas me inpulit, quom scirem infirmas nuptias hasce esse, ut id consulerem, interea vita ut in tuto foret

739: di obsecro vos, estne hic Stilpo? non. negas?

744: conclusam hic habeo uxorem saevam

748: eho dic mihi quid rei tibi est cum familia hac unde exis?

750: vivit gnata. matrem ipsam ex aegritudine hac miseram mors consecutats

753 ss.: ut potui nuptum virginem locavi huic adolescenti harum qui est dominus aedium. Antiphonin? em isti<c> ipsi. quid? duasne uxores habet? Au obsecro, unam illequidem hanc solam. quid illam alteram quae dicitur cognata?

756: *composito factumst quo modo hanc amans habere posset sine dote.*

759: *offendi adveniens quicum volebam et ut volebam conlocatam amari*

764: *sed per deos atque homines meam esse hanc cave resciscat quisquam*

II

Demipho Geta

768 s.: *nonne id sat erat, accipere ab illo iniuriam? etiam argentumst ultro obiectum, ut sit qui vivat dum aliud aliquid flagiti conficiat*

773: *modo ut hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat*

776: *ita faciam, ut frater censuit, ut uxorem ei8u)s huc adducam, cum ista ut loquatur*

778: *argentum inventumst Phaedriae; de iurgio siletur*

780 s.: *quid fiet? in eodem luto haesitas, vorsuram solves, Geta: praesens quod fuerat malum in diem abiit: plagae crescunt, nisi prospicis*

III

Demipho Nausistrata

784: *ut sua voluntate id quod est faciendum faciat*

786 ss.: *ac pol minu' queo viri culpa quam me dignumst. quid autem? quia pol mei patris bene parta indiligenter tutatur; nam ex is praediis talenta argenti bina statim capiebat*

Nausistrata Chremes Demipho

796: *iam illi datumst argentum? curavi ilico. nollem datum*

798 s.: *ecquid locutu' cum istac quam ob rem hanc ducimus? transegi. quid ait tandem? abduci non potest*

800: *cognatam comperi esse nobis. quid? deliras*

803: *au obsecro, vide ne in cognatam pecces. non est. ne nega*

808: *at ita me servet Iuppiter, ut propior illi quam ego sum ac tu homo nemo. di vostram fidem, eamus ad ipsam*

810: *itan parvam mihi fidem esse apud te! vin me credere?*

817: *o Iuppiter, di nos respiciunt: gnatam inveni nuptam cum tuo filio. hem quo pacto potuit?*

IV
Antipho

826: *neque me domum nunc reciperem ni mi esset spes ostenta huiusce habendae*

V

Phormio Antipho

829 s.: *Argentum accepi, tradidi lenoni, abduxi mulierem, curavi propria ut Phaedria poteretur; nam emissast manu*

835 ss.: *ut fugitet patrem. te suas rogavit rursum ut ageres, causam ut pro se diceres; nam potaturus est apud me. ego me ire senibus Sunium dicam ad mercatum, ancillulam emptum dudum quam dixit Geta: ne quom hic non videant me conficere credant argentum suom*

VI

Geta Antipho Phormio

850 s.: *vapula. id quidem tibi iam fiet nisi resisti': verbero. familiariorum oportet esse hunc: minitatur malum*

854: *nam sine controversia ab dis solu' diligere, Antipho*

857: *quin tu hinc pollicitationes aufer et quod fers cedo*

859 s.: *ut modo argentum tibi dedimus apud forum, recta domum sumus profecti; interea mittit eru' me ad uxorem tuam*

872: *patruo' tuos est pater inventu' Phanio uxori tuae*

878 s.: *patruos interea inde huc egreditur foras: haud multo post cum patre idem recipit se intro denuo: ait uterque tibi potestatem eius adhibendae dari*

883: *bene, ita me di ament, factum: gaudeo*

VII
Phormio

885 s.: *summa eludendi occasiost mihi nunc senes et Phaedriae curam adimere argentariam*

888: *nam idem hoc argentum, ita ut datumst, ingratiis ei datum erit*

VIII
Demipho Chremes Phormio

894 ss.: *Dis magnas merito gratias habeo atque ago quando evenere haec nobis, frater, prospere. quantum potest nunc conveniundust Phormio, priu' quam dilapidat nostras triginta minas ut auferamu'*

901 ss.: *verebamini ne non id facerem quod recepissem semel? heus quanta quanta haec mea paupertas est, tamen adhuc curavi unum hoc quidem, ut mihi esset fides. estne ita ut<i> dixi liberalis?*

907: *ubi voltis, uxorem date*

910: *at hic dehortatus est me ne illam tibi darem*

912: *olim quom honeste potuit, tum non est data; eam nunc extrudi turpest*

916: *quia ne alteram quidem illam potero ducere*

921 ss.: *sed transi sodes ad forum atque illud mihi argentum rursus iube rescribi, Phormio. quodne ego discripsi porro illis*

quibu' debui? quid igitur fiet? si vis mihi uxorem dare quam despondisti, ducam; sin est ut velis manere illam apud te, dos hic maneat, Demipho. nam non est aequom me propter vos decipi, quom ego vostri honori' causa repudium alterae remiserim, quae doti' tantundem dabat

932: *tune hanc duceres si tibi daretur? fac periculum*

935 ss.: *quin tu mi argentum cedo. immo vero uxorem tu cedo. in ius ambula. [in ius] enimvero si porro esse odiosi pergitis.. quid facies? egone? vos me indotatis modo patrocinari fortasse arbitramini: etiam dotatis soleo. quid id nostra? nihil. hic quandam noram quoi(u)s vir uxorem hem. quid est? Lemni habuit aliam, nullu' sum. ex qua filiam suscepit; et eam clam educat. sepultu' sum*

946 ss.: *missum te facimu'. fabulae! quid vis tibi? argentum quod habes condonamu' te. audio. quid vos, malum, ergo me sic ludificamini inepti vostra puerili sententia?*

951 s.: *quod dictum indictumst; quod modo erat ratum inritumst. quo pacto aut unde hic haec rescivit?*

954 s.: *monstri, ita me di ament, simile. inieci scrupulum. hem hicine ut a nobis hoc tantum argenti auferat tam aperte inridens?*

958 s.: *vides peccatum tuom esse elatum foras neque iam id celare posse te uxorem tuam*

961: *tum hunc inpuratum poterimus nostro modo ulcisci*

963: *hi gladiatorio animo ad me adfectant viam*

966: *ego redigam vos in gratiam, hoc fretus, Chreme*

968: *itan agiti' mecum? satis astute adgredimini*

970 ss.: *ubi quae lubitum fuerit peregre feceris neque hui(u)s sis veritu' feminae primariae quin novo modo ei faceres contumeliam, venias nunc precibu' lautum peccatum tuom?*

976: *malum quod isti di deaeque omnes duint!*

978: *non hoc publicitu' scelus hinc asportarier in solas terras!*

981 s.: *in ius eamus. in ius? huc, siquid lubet. adsequere, retine dum ego huc servos evoco. enim nequeo solus: accurre. una iniuriast tecum. lege agito ergo. alterast tecum, Chreme. rape hunc*

988 s.: *nisi sequitur, pugnos in ventremingere. vel oculum exclude: est ubi vos ulciscar probe*

IX

Nausistrata Chremes Demipho Phormio

993: *si non totu' friget, me enica*

1004 s.: *clam te. ei mihi! uxorem duxit. mi homo, di melius duint!*

1007 s.: *et inde filiam suscepit iam unam, dum tu dormis. quid agimus? pro di inmortales, facinu' miserandum et malum!*

1012 s.: *haecin erant itiones crebrae et mansiones diutinae Lemni? haecin erat ea quae nostros minuit fructus vilitas? ego, Nausistrata, esse in hac re culpam meritum non nego, sed ea qui sit ignoscenda*

1020 s.: *quam ob rem te oro, ut alia facta tua sunt, aequo animo hoc feras. quid ego aequo animo?*

1027 ss.: *age nunc, Phormionem qui volet lacessito: faxo tali sum mactatum atque hic est infortunio. redeat sane in gratiam iam: supplici satis est mihi. habet haec ei quod, dum vivat, usque ad aurem ogganniat*

1034 s.: *quando accusando fieri infectum non potest, ignosce: orat confitetur purgat: quid vis amplius?*

1038 ss.: *ego minas triginta per fallaciam ab illoc abstuli: eas dedi tuo gnato: is pro sua amica lenoni dedit. hem quid ais? adeo hoc indignum tibi videtur, filius homo adulescens si habet unam amicam, tu uxores duas? nil pudere! quo ore illum obiurgabi'?*

1044 ss.: *neque ego ignosco neque promitto quicquam neque respondeo priu' quam gnatum videro: ei(u)s iudicio permitto omnia: quod is iubebit faciam*

1049: *vostrae familiae hercle amicus et tuo summu' Phaedriae*

1054: *fiat. sed ubist Phaedria iudex noster? iam hic faxo aderit*

TITINIO

3: *Nec noctu nec diu licet fullonibus quiescant*

TURPILIO

11: *At enim scies ea quae fuisti nescius*

